DE

ANTIPHONTIS ET THUCYDIDIS

GENERE DICENDI

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMO ORDINI PHILOSOPHORUM

MARBURGENSIUM

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

OBTULIT

PHILIPPUS BOTH

WITZENHUSANUS

MARBURGI CATTORUM.

MDCCCLXXV.

PATRI CARISSIMO.

Jam ex initio meorum in academia Marburgensi studiorum Thucydidis libris operam navanti mihi haud ingratum accidit, in examine philologico, quod vocatur, commentationem de Thucydidis et Antiphontis genere dicendi elaborandam mihi proponi. Quum autem casu quodam quam ex Thucydidis scriptis collegeram materia in manibus non esset, denuo nonnulla, quae antea jam inveneram, conquirere et accuratius pertractare coactus sum. Jam antea autem stabat mihi sententia eis, quae per totum quo in academia Marburgensi versabar tempus collegeram, uti in elaboranda dissertatione inaugurali quae dicitur. Atque quum res prospere successisset, ita ut commentatio a viris doctissimis ad rem judicio suo exigendam publice missis probaretur, statim examine absoluto in dissertationem elaborandam operam meam contuli. Et hoc opusculo de Antiphontis et Thucydidis dicendi genere agam. Jam igitur ad ipsam rem transeamus.

Jam a veteribus Antiphontem et Thucydidem, quippe quorum uterque antiquiore et eo severo dicendi genere (quod Graeci *αὐστηρὸν χαρακτῆρα*, *αὐστηρὰν ἁρμονίαν*, Latini austerum dicendi genus appellare solebant) in scriptis suis usus sit, saepe conjungi et ex eorum scriptis exempla illius dicendi generis praecipue hausta esse inter omnes constat. Neque etiam est negandum, inter duos illos viros multas, quod ad dicendi rationem attinet, similitudines intercedere, quae tantae videbantur, ut ex iis praesertim veteres illud probare posse sibi viderentur, Thucydidem Antiphontis oratoris discipulum fuisse. Nam Caecilius Calactinus ex loco Thucydideo, qui reperitur in libri octavi capite 68, quo in loco Thucydides Antiphontem summis laudibus extollit, concludi posse sibi persuasit, familiariorem inter duos illos viros exstitisse consuetudinem et verisimillimum esse, Antiphontem Thucydidis magistrum fuisse (cf. Plut. vita

dec. orat. 1. *Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ᾽ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν*). Similia commemorantur ab iis, qui Thucydidis vitam scripserunt, et Hermogenes illam sententiam, qua Thucydides Antiphontis discipulus fuisse fertur, a multis proferri testis nobis est. Sed quum de hac ipsa re usque ad hoc tempus sub judice lis sit, nihil certi constitui potest, quaenam illa inter eos fuerit consuetudo. Hoc autem inter omnes constat antiquiore illo et austero dicendi genere eos usos esse. Quum igitur hac commentatione eorum genus dicendi tractare animum induxerim, primum mihi accuratius exponendum est, quodnam illud antiquum et severum genus dicendi sit, cui Thucydidem et Antiphontem veteres adscripserunt. Quae si exposuerimus, de singulis rebus, in quibus eorum ratio dicendi cernitur et perspicitur, agamus.

Antiquum dicendi genus si in universum definire et describere volumus, comparandum est cum eo genere, quod apud posteriores Graecorum scriptores reperitur, qui quaesita quadam jucunditate et lepore elocutionis formam magis quam sententiam sermonis respexerint. Efficiebatur autem hac re mollis et gracilis suavisque dictionis genus, et quod ad sententias attinet, ardori et irae animi magnus in posteriorum temporum orationibus concessus est locus eo magis, quo antiquiores simplicioresque Graecorum mores et gravitas in dies laberentur. Illis autem temporibus, quibus antiquioris illius generis dicendi scriptores floruerunt, sermonis forma nondum eam facilitatem nacta erat, qua posteriorum temporum scriptores insignes exstiterunt. Itaque scriptorum, qui antiquioribus temporibus erant, proprium fuit, ut quas dilucide et sagacissime animo conceperant sententias, venustate sermonis atque formositate minus respecta verbis apte illis sententiis respondentibus exsequi studerent. Atque quum lingua, ut tum erant tempora, nondum exculta esset, sequitur, ut vocabula, quibus scriptores utuntur, sub propriis et principalibus notionibus frequententur. Quo factum est, ut saepe paucis verbis scriptores quae vellent facile exprimere possent, quum contra postero tempore et vocabula et phrases, ut verbo venia sit, per quotidianum usum trita et usitata facta minus accurate eam, quae proprie iis suberat, notionem expri-

merent. Nam quum constet magnam atque gravem causam corruptae linguae inesse in ea re, ut ejus locutiones detritae fiant, ita ut vera et propria verborum notio in oblivionem veniat, iis temporibus, quibus locutiones illae natae et a scriptoribus in usum sermonis protractae sunt, hominum mentes earum propriam vim et significationem conceperint necesse est, ut nec parum nec nimium iis tribuant. Quo magis autem verba in publicum et communem usum perveniunt, eo magis etiam eorum vis et notio oblivione obruitur, ita ut postremo aut prorsus obsoleta existimentur, aut memoria, quaenam proprie significaverint, evanescat. Proprium igitur est hujus antiquioris dicendi generis, ut verba quae postero tempore non jam in usu erant et obsoleta et poëtica appellabantur, ab hujus generis scriptoribus adhibeantur minus, quod quis putare possit, ut sermonem ornent, quam quod in temporum, quibus vixerunt, usu loquendi ejusmodi elocutiones et vocabula versabantur aut certe omnes, quid ea sibi vellent, noverant. Neque minus cohaeret hac cum re, ut scriptores, quum magis sententiam quam formam sermonis spectarent, majore libertate usi sint in compositione orationis, in structura verborum et enuntiatorum, in adhibendis modis et temporibus verbi; qna re efficitur haud raro obscuritas illa, quae, quod quidem ad Thucydidem attinet, in proverbii consuetudinem venit.

Ex altera autem parte pertinet ad hoc antiquum genus dicendi, ut scriptores, studio acute subtiliterque quae sentiant exprimendi commoti, et accurate verborum notiones distinguant et in periodorum structura, quamquam eae non artificiosa concinnaque forma comparatae sunt, singula enuntiata, quae periodus complectitur, distineant; quam ob rem minus totum enuntiatorum, quae conjuncta sunt, ambitum quam singula membra periodi respicere et ea quasi in primo loco collocare videntur. Quum autem vis sermonis antiqui in primis in gravitate et severitate collocata sit, id quod etiam in aliarum, quae illis temporibus floruerunt, artium cultu perspici potest, velut in arte fingendi Phidiana, nusquam talia ab hujus aetatis scriptoribns adhibita invenies, quae ex animi ardore et ira dicta videantur esse aut perturbationes sapiant. Nam exempli gratia hujus temporis oratores summa severitate, ut ne motum quidem sibi

concederent, usi sunt, et Cleonem propter animi furorem cupiditatemque, quam in scena praestitisset, vituperatum esse nobis traditum est. Quae res quodammodo exemplum nobis praebere potest, quanta tranquillitate, quanta gravitate antiquioris dicendi generis scriptores opera sua composuerint. Neque igitur mirandum est apud eos figuras sententiarum, quas Graeci *σχήματα τῆς διανοίας* vocare solebant, prorsus deesse, quippe quibus affectus et ardores animi exprimantur et quae gravitati tranquillitatique illi, de qua diximus, non respondeant. Quae omnia si comprehendimus, videmus propria esse antiquioris dicendi generis et gravitatem et vetustatem dictionis, ad quas accedit etiam sagacitas aciesque cogitandi et concipiendi atque libertas varietasque elocutionis.

Quodsi ad comparandum genus dicendi Antiphontis et Thucydidis transeamus, nonnulla tamen antea in universum de his viris dicenda sunt. Omnes enim has res, quas ad genus illud antiquius pertinere diximus, in eorum scriptis reperiri videmus. Atque jam veteres in tractando hoc genere et Thucydidis et Antiphontis operum rationem habuerunt. Antiphontis quidem orationes a grammaticis et rhetoribus non ita multum tractatas esse constat. Suis sane temporibus maxima eum fuisse auctoritate ex Thucydidis libri VIII cap. 68 cognoscimus, ubi dicitur fuisse *ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀρετῇ τ᾽ οὐδενὸς δεύτερος καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ γνοίη εἰπεῖν, καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ᾽ ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ᾽ ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνήρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν.* Magis magisque eum in oblivionem venisse ea ex re facile intellectu est, quod clari illi qui secuti sunt oratores omnium in se oculos verterunt. Dionysius quidem Halicarnassensis, quamvis ejus mentionem faciat et ejus et Thucydidis dicendi genus Xenophonteo et Ctesiano opponat, neque majorem ejus operum habuit rationem neque eum laudibus dignum censet; nihil enim aliud dicit quam in ejus orationibus antiquum et austerum dicendi genus reperiri neque magnum fuisse oratoris ingenium. Contra Caecilius Calactinus, qui Antiphontem primum decem oratorum Atticorum

qui numerantur fuisse dicit, accuratius ejus orationes dicendique rationem tractasse fertur, ita ut valde dolendum sit, ejus de Antiphonte judicii nobis solum fragmenta relicta esse. Dicit enim is antiquiores oratores et in primis Antiphontem maximam curam posuisse in rebus sagaciter inveniendis et apta sermonis forma exprimendis, quas virtutes ut assequerentur, et in electione verborum et in compositione enuntiatorum diligentissimos fuisse, qua ipsa in re maxime a quotidiano usu dicendi recesserint (cf. Phot. p. 485 b. Bekk.). Hermogenes, ut ejus etiam mentionem faciamus, Antiphontis granditatem gravitatemque laudat, quam ejus dictioni prorsus dicit respondere (cf. Hermog. II, 415 Spg.).

Magis Thucydidis librorum rationem habuerunt veteres grammatici, quem *τὴν καθαρὰν καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σῴζουσαν διάλεκτον* servasse existimaverunt. In primis Dionysius Halic. in libro, qui *περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ ξυγγραφέως ἰδιωμάτων* inscribitur, multa de ejus dicendi genere profert, quorum alia recte se habent, alia quum a ratione rhetorica judicata et tractata sint, non pari modo probari possunt; qua in re multum sane suo arbitrio eum tribuisse verisimillimum est. Quamvis autem Thucydidis scribendi et componendi rationem nonnullis locis vituperet, tamen quatuor esse dicit quasi organa, ut hoc Dionysii ipsius verbo utar, quibus ille ceteros arte sua superaverit (cf. Dionys. de Thucyd. judic. cap. 24. p. 869 ed. Reisk.); primum esse dicit *τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων*, quod in eo cerni contendit quod Thucydides in eligendis verbis communi et sui temporis usitatae linguae figuratam et obsoletam et peregrinam dictionem praetulerit (cf. l. l. *ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν καὶ γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένην λέξιν προελόμενος ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους*); alterum esse *τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας*, quod loco laudato ita definit, ut dicat Thucydidem pro suavi et molli et polita nihilque asperitatis redolenti compositione grandem, austeram, literarum asperitate aures eorum qui audiant ferientem adhibuisse (cf. ed. Reisk. p. 867 lin. 1—5); tertium *τὸ πολυειδὲς τῶν σχηματισμῶν*, quo in genere maxime inusitata et verborum et enuntiatorum formatione compositioneque inter omnes excellere eum

voluisse dicit (cf. ed. R. p. 867 lin. 6 sq.); quartum denique *τὸ τάχος τῆς σημασίας*, quod in eo niti scribit, ut Thucydides paucis verbis quam plurima dicere studuerit.

Quae a Dionysii observata si in Antiphontearum orationum dictionem transferimus, apud hunc scriptorem similia in universum reperire licet. Nam quamquam duo illi viri diversas orationis pedestris quae vocatur partes coluerunt, tamen illis temporibus singula ejus genera nondum ita exculta erant, ut non multae et eae magnae similitudines inter ea intercederent. Accedit etiam illud, quod in antiquae aetatis genere historico, ut hoc modo liceat dicere, generi rhetorico locus relictus est; velut in Thucydidis libris res et facta singulis orationibus et legatorum et ducum et principum magis illustrantur; utitur enim iis Thucydides, ut vel mores hominum vel civitatum describat, vel causas rerum quas narrat accuratius exponat; qua in re etiam *τὸ πραγματικὸν* illud Thucydideum cerni potest. Quibus ex orationibus virtutes artis dicendi Thucydidis maxime cognosci nemo fere est qui neget. Antiquis enim jam temporibus eae in maxima admiratione erant, *ἐν οἷς οἴονταί τινες τὴν ἄκραν τοῦ ξυγγραφέως εἶναι δύναμιν* (cf. Dionys. de Th. jud. cap. 34), quum contra nonnulli rhetores et grammatici multa putarent in eis reperiri, quae vituperatione digna essent; velut Dionysius ipse, qui l. l. cap. 55 haec verba habet: *τὸ δὲ δημηγορικὸν οὐχ ἅπαν εἰς μίμησιν ἐπιτήδειον εἶναι, ἀλλ᾽ ὅσον ἐστὶν αὐτοῦ μέρος, γνωσθῆναι μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις εὔπορον, κατασκευασθῆναι δ᾽ οὐχ ἅπασι δυνατόν.* Atque Cicero ipse quamvis Thucydidem laudibus extollat, tamen non videtur eum valde adamasse, quum de orationibus dicat: eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim, neque velim fortasse, si possim. Qualia quum legimus, respiciendum est, hos viros aliam atque par est normam in Thucydidis dictione judicanda adhibere. Nihil autem, quod ad dicendi genus ipsum attinet, discriminis interest inter partes narrationis et partes oratoricas; ex utrisque enim sermo Thucydidis perspicitur et ubique gravitas et severitas dicendi, varietas locutionum, sagacitas et acies cogitandi occurrit, quamquam haud negandum est, praecipue in orationibus brevitatem elocutionis et obscuritatem sententiarum reperiri. Antiphontis autem orationes quum per se respicimus, non omnes

eodem modo dictionis commoditate aequitateque uti statim primo obtutu observatur. Nam et inter singulas orationes et inter partes ipsas singularum orationum nobis distinguendum est. Inter orationes enim, quae aut habitae sunt aut certe ad publicum usum destinatae fuerant, et inter tetralogias quae vocantur, quippe quas aut exercitationis causa aut in usum discipulorum Antiphon conscripsisse haud injuria conjiciatur*), id discriminis

*) Sexaginta orationum, quas Antiphon scripsisse dicitur, jam Caecilius Calactinus viginti quinque ab eo abjudicavit; neque quindecim illas, quae ad nos pervenerunt, omnes genuinas esse complures viri doctissimi recentioris aetatis contenderunt. Jam enim Jonsius (cf. de scriptorib. hist. phil. lib. IV. 1659) et postea Schlosserus (Universalhist. Uebersicht der Geschichte der alten Welt. Frankf. 1826. I, 2. p. 261) eas omnes rhetoricas et fictas declamationes esse existimarunt argumentis idoneis quibus hanc sententiam probarent non allatis; Ruhnkenius contra et Maetznerus omnes Antiphonteas esse censerunt propterea quod complures a veteribus commemorarentur; quamquam Maetznerus primam quae in editionibus perhibetur orationem ab imitatore quodam fortasse scriptam esse conjecit (Cf. ejus edit. orat. Antiph.). Quam ipsam primam orationem Spengelius etsi primo non Antiphonteam esse arbitratus est (cf. ejus σοναγωγὴ τεχνῶν 118), tamen postea genuinam habuit, quod summam inter eam et quintam sextamque, quod ad dictionem attinet, similitudinem intercedere constaret (cf. Mus. Rhen. 1862 p. 167). De quinta igitur et sexta oratione vix potest dubitatio esse; atque primam quoque Antiphontis esse plurimi viri doctissimi recte existimant, quum omnia, quae a Pahlio. Schoemanno al. prolata sunt argumenta non eam vim habeant, ut spuriam eam esse nobis persuadeamus. Optime quidem totam de hac prima oratione quaestionem tratavit Ad. Hoppe (Antiphonteorum Specimen. Dissert. inaug. Halae Sax.), qui rectissime ex mea quidem sententia omnibus iis, quae adversarii ad primam orationem ab Antiphonte abjudicandam protulerunt, rejectis hanc orationem eodem jure quo quintam et sextam Antiphonti esse tribuendam demonstravit. De tetralogiis sane virorum doctorum sententiae inter se discrepant. Alii enim has orationes dignas non esse censent, quas Antiphontem scripsisse putemus, alii totam de iis quaestionem in dubio ponunt, quia minorem Antiphontis notitiam habeamus, quam ut certam de hac re sententiam dicere possimus. At respiciendum est, has tetralogias non ad forensem usum destinatas esse sed aut exercitationis causa aut in usum discipulorum conscriptas videri. Antiphontem enim τέχνην quae vocatur composuisse traditum est. Et quum in universum ea argumenta, quae ἐξ εἰκότων deducuntur, ab eo maxime usurpata sint, qua in re sophistarum disciplinae vestigium cernimus, hae XII orationes,

intercedit, ut tetralogiae magis exemplum severae et antiquioris dictionis sint, ceterae autem orationes et in primis oratio sexta propius ad vulgarem sermonem accedant. Neque etiam hoc omittendum est, ipsam hanc orationem sextam magis ad eam alacritatem et vigorem dicendi spectare, quam apud posteriores scriptores admiramur, minus autem praebere quae generis severi propria dicuntur esse, ita ut jam novae artis rhetoricae aetati adscribenda esse videatur. In ipsis vero orationibus singulae partes ita inter se differunt, ut alterae testimonium severae antiquiorisque rationis praestent, ut prooemium quod vocatur et epilogus, alterae magis vulgari Atticorum dicendi modo utantur, eas partes dico, quibus narratio et argumentatio continentur. Accedit autem hoc, quod omnino Antiphonti non licebat tanta audacia et brevitate uti quam Thucydidi, si quidem homines omnia quae diceret plane intellegere vellet. Neque etiam praetermittendum est, res ipsas, quas Antiphon tractabat, non eadem granditate gravitateque esse qua Thucydideas, ita ut materia ipsa orator saepe coërceatur, quominus grande et magnifice dicat. Nam quum Thucydides libris suis res narraret, quae maximi momenti essent et ad totius Graeciae statum mutandum multum valerent, Antiphon solum patroni munere functus est, quo in negotio minus ei res magnae proferendae erant.

Unum autem, priusquam ad singula transeamus, etiam monere liceat. De arte enim componendi Antiphon et Thucydides mediam fere partem obtinent inter dicendi illa duo genera, quae apud Graecos appellantur *λέξις εἰρομένη* (est enim ea

---

quas illi *τέχνῃ* inseruisse oratorem non injuria nonnulli existimant, eo consilio conceptae videntur esse, ut discipuli tractandis his *ἐξ εἰκότων* argumentis erudirentur. Nam in his ipsis argumentis sophistarum illud *τὸ ἥττον κρεῖττον* et *τὸ κρεῖττον ἥττον ποιεῖν* maxime conspicitur; neque quisquam negaverit in tetralogiis summo acumine res tractari ita ut adversariorum argumenta causis *ἐξ εἰκότων* adhibitis ad ipsum contrarium demonstrandum valeant. Equidem Antiphonteas esse tetralogias mihi persuasi et recte Kayserus (Mus. Rhen. XII. p. 224 sqq.) contendit ex eis Antiphontis dicendi genus et rationem rhetoricam maxime posse cognosci. Accedit quod de elocutione tetralogiae cum ceteris orationibus magnopere congruunt, etsi magis quam orat. V et VI severum genus sequuntur. Cf. etiam Blass. Att. Beredsamk. I. p. 139. 181. O. Muelleri hist. lit. Graec. II, 323 sqq.

locutio, in qua quaelibet longa series enuntiatorum conjunctionibus copulativis conjungatur et quae per se spectata initium et finem non habeat, ita ut ejus ambitus non certis indiciis conclusus sit, sed in infinitum extendi possit; cujus dicendi generis auctores enumerat Dionysius Halicarnassensis Hecataeum et Herodotum et omnino *τὴν πᾶσαν ἀρχαίαν*) et *λέξις κατεστραμμένη* (quam definit Aristoteles *τὴν ἐν περιόδοις*, cf. rhet. III, 9: *λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον*). Deest igitur iis accurata et artificiosa, qua posteriorum temporum excellebant auctores, enuntiatorum conformatio, quamquam hic illic origines periodicae, ut hoc modo dicere liceat, artis reperiuntur. Neque autem simplicem tantum aetatis quae antecessit compositionem secuti sunt, sed jam magis exculta usi sunt ratione scribendi. Nam ea enuntiata, in quibus singula membra sibi adjuncta sunt, Antiphon et Thucydides in primis magna arte composuerunt. Quae res cohaeret cum studio eorum res accurate distinguendi et ea quae contraria sunt inter se opponendi; ex quo sequitur, ut formatio antithetica enuntiatorum in eorum scriptis permultis locis reperiatur; in talibus autem enuntiatis praecipue *σχήματα* illa *τῆς λέξεως* quae vocantur adhibendi locus datus erat. Sed haec hactenus.

His igitur praemissis jam ad singula transire licet; qua in re eandem quam Dionysius Halicarnassensis in judicando Thucydidis genere dicendi iniit, viam ingrediamur, qua ratione omnia, quae proferenda sunt, optime disceptare possumus. Itaque primum tractamus eorum dictionem quoad a communi eorum aetatis et usitata loquendi consuetudine recessit, deinde ea, quae spectant ad Dionysii illud *πολυειδὲς τῶν σχηματισμῶν;* tertium est, ut de severitate austeritateque eorum dicendi generis agamus; ultimum de brevitate, qua in scribendo usi sunt, loquamur. Quo munere quum perfuncti erimus, paucis re contracta ad finem pervenire licet.

CAPUT I.

Jam supra aliquoties de granditate et gravitate, quae in Antiphontis et Thucydidis operibus reperiretur, sermo erat; neque igitur mirum nos habet, quod et Antiphon et Thucydides dictione, quae quidem a vulgari et communi more verborum recedat, utuntur. Ad hoc jam pertinet, quod in utriusque scriptis vetustus et aetate, qua floruerunt, jam in dies obsolescens sermo observatur. Quo in sermone adhibendo Thucydides sane constantior sibi videtur fuisse quam Antiphon, id quod in rerum natura ipsa positum erat, quum hic in iis certe orationibus, quae ad publicum usum destinatae erant, magis ad quotidianam loquendi consuetudinem se accommodare deberet. Cujus rei testimonium est, et Antiphontem et Thucydidem pro *ττ* consonantium, quae vocantur, litterarum conjunctione illam antiquioris Atticorum sermonis in *σσ* formatam usurpare, ita tamen, ut apud Antiphontem discrimen illud, de quo modo diximus, in primis occurrat; in oratione enim sexta Antiphontea omnia vocabula, in quibus haec, de qua loquimur, consonantium conjunctio legitur, non forma *σσ*, sed *ττ*, quae recentioris Atticismi et vulgaris hominum dicendi usus propria erat, comparata sunt; velut VI, 14 *ἄττα*, — 20 *πράττουσι*, — 39 *διήλλαττον*, — 45 *πράσσων*, in ceteris autem orationibus et in primis in tetralogiis formae in *σσ* comparatae majorem in partem reperiuntur, et ubi in litteris ipsis vocabula *ττ* litteris formata vetustoribus in *σσ* intermixta sunt, plerumque error librariorum conjiciendus est; velut in oratione V semel forma in *ττ*, quinquies decies forma in *σσ* proferri potest; § 91 legitur *ἔλαττον*. Blassius in editione sua hanc quoque formam mutavit in *ἔλασσον*, quamquam lectio *ἔλαττον* a codicibus praebetur. Contra § 10 ejusdem orationis habes: *ἔλασσον*, — 19 *ἐλασσοῦν*, — 12. 15. 75 *κρείσσων* etc. Alia autem antiquae dialecti vestigia raro apud Antiphontem demonstrari possunt. Nam formam praepositionis *σὺν* libentius quam *ξὺν*, *εἰς* libentius quam *ἐς*, quoad ex librorum manuscriptorum auctoritate judicare licet, adhibuisse Antiphon existimandus est. Apud Thucydidem contra alia quoque antiqui sermonis vestigia cernuntur. Nam non solum formis in *σσ* comparatis ubique usus est (quum *ττ* nullo loco ab

omnibus libris manuscrp. praebeatur, sexies fere a plurimis et bonis), sed etiam semper *ξὺν* pro *σὺν* forma, *ἐς* pro *εἰς* (exceptis nonnullis locis, quibus *εἰς* cum verbo compositum est, quod vocali littera incipit, ita ut ad efficiendum dulcem et auribus jucundum sonum forma *εἰς* usus sit: II, 83, 2 *ἐπεις-έρχεται,* — III, 53, 4 *ἐπεισενεγκάμενοι,* sed IV, 13 *ἐπεσπλευ-σάμενοι* —), *μόλις* pro *μόγις* (I, 69. 71. II, 35. 45. 102. III, 23. 98. IV, 36. 42. VI, 37. VIII, 86), *ρσ* in verbo *θαρσεῖν* et similibus (cf. *θαρσύνω* II, 59. IV, 115. 126. *θαρσαλέος* II, 3. 11. 51 etc.) scripsisse videtur. Atque antiqua illa perfecti passivi forma, quae in *αται* exitum habet et apud Jones in usu erat, a Thucydide usurpatur, quum contra apud Antiphontem nullum ejus vestigium sit.

Dionysius autem, ut supra jam vidimus, Thucydidis dictionem *ἀπηρχαιωμένην, γλωσσηματικὴν, δυσεικαστὴν τοῖς πολλοῖς* esse contenderat. Et constat quidem revera Thucydidis sermonem, si quidem cum scriptoribus sive oratoribus ejusdem aetatis comparamus, non eundem esse, qui in publicis Atheniensium actionibus usitatus fuerit. Nam Antiphon in hoc genere minus a vulgari loquendi more recessit, ita ut paucae tantum voces obsoletae ex ejus scriptis in medium proferri possint. Verum Thucydides tantopere hac in re excellit, ut non mirum sit, quod veteres grammatici talia eum consulto adhibuisse et studio quodam antiquitatis et affectatione hoc modo dixisse contenderunt.

Ut enumeremus, quae huc spectant, reperiuntur apud Antiphontem nonnulla vocabula, quae, quamquam in sermone Attico haud inusitata erant, tamen sublimioris cujusdam loquendi rationis propria sunt; velut:

ἀσπαίρω II *δ* 5; praeter Herodotum etiam tragici poëtae hoc verbo utuntur; in oratione autem pedestri Atticorum verbum non occurrit. Cf. et. sunt loci hice: Hom. Iliad. III, 293. X, 521. XII, 203. Odyss. VIII, 526. — Aeschyl. Pers. 976 al. — Dionysius demum, quippe qui multa ex Antiphontis vel Thucydidis usu dicendi desumta soleat adhibere, aliquoties hoc verbo usus est. Item nonnulli posterioris temporis auctores verbum usurparunt.

ἀνθρώπινον φῦλον IV *α* 1; quae verba minus, quod ad

formam, quam quod ad sententiam, quae subest, pertinet, poëtarum more dicta esse videntur. Sumta enim sunt ex procemio illius orationis, quae omnino et elatione et vi dictionis insignis est, idque praesertim in procemio. Idem cadit in *εὐδία* vocabulum, quod et ipsum in procemio § 1 primae tetralogiae secundae orationis occurrit.

χωροφιλεῖν vocabulum V § 78, inusitatum pro *φιλοχωρεῖν*, quae compositionis forma apud ceteros auctores in usu est. Adnotat de hoc Dionysius de composit. verbor. 6: *ὁ χωροφιλῆσαι λέγων τὸ φιλοχωρῆσαι καὶ τὰ τοιουτότροπα μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῷ γένοιτο ἁρμοσθεῖσαι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι.*

ἁγνεύειν apud Antiphontem bis sub notione verbi *ἁγνίζειν* usurpatum est, quum contra apud ceteros Atticorum scriptores sub notione „castum esse" in usu sit. Cf. Ant. II γ 11. — V, 4. — Cf. et. Aristoph. Lys. 1183.

ἄπαρνος: I, 9. 10 est inusitatum verbum pro *ἔξαρνος*. Cf. Bekk. anecd. I, 8: *ἄπαρνος σεμνότερον τοῦ ἔξαρνος καὶ πολιτικώτερον.*

Neque magis in usu est quod exstat I § 3 *προβουλή*, quod quidem substantivum demum apud Dionem Cassium reperimus exstare. Dicit enim orator hoc loco, novercam, quae quidem accusatur, et *ἐξ ἐπιβουλῆς* et *ἐκ προβουλῆς*, id est: et dolo malo et sponte *φονέα εἶναι*. Eadem sententia apud alios quoque scriptores legitur, qui pro vocabulo *προβουλῆς* alio sunt usi, velut *προαίρεσις* (Demosth. adv. Leoch. 57), vel *βούλησις* (Plat. Legg. 872), vel *πρόνοια*, quod Antiphon ipse habet VI, 19.

ἄβουλος adjectivum legitur I, 23 sub notione adjectivi *δύσβουλος*, qua sub notione apud Herodotum et Sophoclem occurrit. In ceterorum auctorum scriptis, quantum cognoscere potui, hoc verbum omnino non videtur usurpatum fuisse. — Cf. Herod. III, 71. Sophocl. Trach. 140. Superlativum *ἀβουλότατα* habes Herod. VII, 9. — Neque occurrit in Atticorum pedestri oratione vocabulum ter ab Antiphonte (III γ 4. 11. δ 4), semel a Thucydide (III, 58, 5) usurpatum *αὐθέντης*, quod apud hos duo scriptores sub notione interfectoris, apud poëtas et posteriorum temporum auctores loco substantivi *δυνάστης* vel

δεσπότης adhibetur. De qua re confr. Lob. ad Phrynich. adn. p. 120.

ἀναπόκριτος III. γ 2 praeterea apud Polybium solum occurrit, velut IV, 34, 1. VIII, 23, 6. XV, 2, 4. XXIII, 10, 13.

ἀνατροπεύς II. β 2 apud Plutarchum quoque (Anton. 72) et Chrysostomum (or. 37, vol. II, 17 πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις νομιζομένων ἀνατροπεύς) legitur.

ἀντισπεύδω I, 7, quo verbo Dio Cassius 59, 13 usus est alibi vix reperitur.

ἀπελέγχω V, 19 et ἀπελέγχεσθαι V, 21, postero tempore invenitur hoc verbum apud Plutarchum, Eusebium, Philonem, Josephum.

ἀπολύσιμος solum apud Antiphontem (IV δ 9) videtur exstare; quantum equidem potui cognoscere, alibi nusquam legitur.

ἀτέλεστος ab Antiphonte I, 22 eodem sensu quo ab Homero usurpatur, ita ut significet id, quod ad finem non sit perductum. In oratione pedestri hoc sensu non occurrit nisi apud Diodorum (18, 6) et Dionem Cassium (41, 32). Contra sub notione *profani* adjectivi adhibitum est apud Platonem (Phaed. 69 C), quae notio respondet ei, sub qua scriptores ecclesiastici qui dicuntur, vocabulo usi sunt. Exempli gratia Gregorius Naz. adjectivo ἀτέλεστος eos significat, qui non baptizati sunt (Cf. Gregor. Naz. orat. 40. p. 658).

Forma βλάβος pro βλάβη usus est Antiphon V, 91. βλάβος minus quam βλάβη in usu erat.

διαγνώμων invenis III γ 3, quod substantivum apud Cyrillum Alexandrinum occurrere constat; apud ceteros scriptores pedestris orationis plerumque διαγνώστης eo sensu, quo Antiphon hoc vocabulo usus est, adhibetur. — Neque magis in communi usu erat adjectivum ἀνελεήμων, quod habes apud Antiph. I, 25; legitur enim nonnullis solum locis novi testamenti; alio autem loco, quantum scio, non usurpatum est.

αἰτίασις legitur V, 25. 89. VI, 6. de quo verbo cf. Poll. 3, 38: Ἀντιφῶν δὲ καὶ αἰτιάσεις εἴρηκεν.

ὀπτήρ V, 27 maxime apud poëtas reperitur. Praebetur quoque uno loco Xenophonteo: Cyrop. IV, 5, 17. Cf. Poll. III, 38.

Ex poëtica ratione dictum videtur quod legimus in III tetralog. orat. primae § 1: τροφέας τε παρέδωκε τὴν γῆν καὶ τὴν

θάλασσαν, et ibidem *προαποθνήσκομεν τῆς γεραιοῦ τελευτῆς* (statim hoc loco monere licet, Antiphontem et Thucydidem masculina forma *γεραιός* pro feminina uti. Cf. Pollux 2, 13: *γεραιός — ὡς Θουκυδίδης καὶ Ἀντιφῶν*). — In tertia ejusdem tetr. oratione legitur § 1 *ζῶν καὶ βλέπων*

II γ 10 *ἐνθύμιος*, quod verbum praeter poëtas Thucydides VII, 50 adhibuit. Neque minus quod dicit Antiphon II δ 1 *ἐξ ἐμοῦ πραχθέντων* ex poëtarum more dicendi positum est pro *ὑπ' ἐμοῦ πραχθέντων*.

Idem dicendum est de verbis, quae praebentur V, 87 *νικᾶσθαί τινος*, vinci ab aliquo, cedere alicui: quae genitivi cum *νικᾶσθαι* verbo conjunctio quamquam propter comparativam notionem, quae verbo *νικᾶσθαι* subest, ex linguae rationibus optime se habet, tamen in oratione pedestri vix reperitur; et equidem exempla solum ex poetis desumta in medium proferre possum. Cf. Arist. Nub. 1087 *ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ*. Eurip. Med. 316. Tro. 24. Soph. Aj. 330. Cf. Dissen. ad Pind. Nem. IX, 2.

Antiquitatem autem sapiant verborum conjunctiones velut IV α 4 *ἀλιτηρίους ἕξομεν τοὺς τῶν ἀποθανόντων προστροπαίους* (*τὸ προστρόπαιον* habes III δ 9, quae vox idem significat quod „culpa"; videtur autem ex antiquiore loquendi more originem ducere) — II α 3: *ἡ ποινὴ τῆς ἁμαρτίας εἰς ἡμᾶς ἀναχωρεῖ*, in quibus verbis vox *ποινή* poëtica est; Xenophonte excepto qui semel hoc verbo usus est, alibi non occurrit nisi apud poëtas tragicos et epicos.

Hoc etiam monere liceat, saepe verba ab Antiphonte adhiberi non ea quae suis sed eis, quae antecesserant, temporibus in usu erat significatione, velut II β 7 *ὑπὸ δὲ τῶν κυρίων ἀναγιγνωσκόμενον*, ubi *ἀναγιγνώσκω* sub notione verbi *ἀναπείθειν* adhibitum est. Antiphon semel hoc verbo usus est; nam II δ 7 in eadem re habet haecce: *ὑπὸ τῶν κυρίων ἐχθρῶν μοι ὄντων πεισθεὶς καταψεύδεσθαί μου*. (Cf. Harpocrat. „*ἀναγιγνωσκόμενος ἀντὶ τοῦ ἀναπειθόμενος Ἀντιφῶν, Ἰσαῖος, Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ*" et Suidas v. *ἀνέγνωσας*: „*ἀναγιγνώσκειν παρὰ ῥήτορσιν ἐπὶ τοῦ ἀναπείθειν*".) Idem cadit in verbum *καταλαμβάνειν* II δ 11. IV δ 9, quod sub notione damnandi adhibitum est. — Sufficiant haec de Antiphonte hoc loco; nonnulla alia ejusdem generis etiam proferenda sunt,

quum de formationibus, quas hi duo scriptores in vocabulis inveniendis sibi concesserunt, accuratius loquimur.

Thucydidis autem dictionem quum consideramus, magna series locutionum, quae et antiquioris aetatis propriae sint et ad poëtarum sermonem spectent, enumerari potest. Dionysius Halicarnassensis (ad Amm. II, 3) jam in medium fert: *ἀκραιφνής* lib. I capp. 19 et 52; *περιωπή*: IV, 86; *ἀνακωχή*: I, 40. 66 saepius; antiquarum autem et inusitatarum formationum exempla enumerat: *ἀχθηδών* II, 37 et *κωλύμη*: I, 92. Facile alia addere possumus:

ἁβροδίαιτος: I, 6, 3 apud poëtas usurpatur (cf. Aeschyl. Pers. 41), postea apud eos qui Thucydidis dictionem imitabantur scriptores demum occurrit. Philo adverbio *ἁβροδιαίτως* usus est.

ἀνακῶς: VIII, 102, 2 vox Jonica, quae ab Herodoto adhibitum est, postea etiam apud Plutarchum legitur; idem significat hoc adverbium ac *ἐπιμελῶς*.

ἀγχώμαλος III, 49, 1. IV, 134, 2. VII, 71, 4.

ἀντιπολέμιοι: III, 90, 1. alibi hoc verbum, quantum equidem cognoscere potui, non exstat.

αὐθέντης, de quo verbo jam supra sermo erat.

αὐτοβοεὶ: II, 81, 4. III, 74, 2. III, 113, 6. V, 3, 2. VIII, 23, 2. Marcellinus (vita Thucyd. p. 52) de hoc vocabulo adnotavit: *ἀρχαιότερον τῶν κατ᾽ αὐτὸν χρόνον*.

βράχεα: II, 91, 4 „vada", a singulari numero *βράχος* aut, quod rectius se habere videtur, ab adjectivo *βραχύς*, ita ut proprie *βραχέα* scribendum sit, quae scriptura etiam apud Strabonem et Aelianum reperitur. In loco Thucydideo ipso lectionibus *βραχέα* et *βράχεα* codices inter se discrepant. Cf. Lob. ad Phrynich. p. 537.

ἡ νὺξ τοιούτῳ ἀνέμῳ ὑπονειφομένη III, 23, 5 prorsus ex poëtarum more loquendi dictum est.

ὑπονείφει verbum impersonale, quod dicitur, nullo alio loco nisi Thucyd. IV, 103, 2 reperitur.

διακωχή: III, 87, 1. vox obsoleta est.

διέκπλοι: I, 49, 3. VII, 36.

δικαιοῦσθαι III, 40, 4, quo loco subest verbo notio puniendi, quae nititur Platonis loco Legg. XI, 934 A, et eis, quae a

lexicographis veteribus nobis tradita sunt. (Cf. Stephani Thesaur. ling. Graec. sub verbo *δικαιόω*).

Huc etiam pertinet locus IV, 108, 6, ubi verbum *ἐφιέμενος*, nostrum: „auftraege ertheilend vel anempfehlend“ significans, legitur, nisi forte cum aliis viris doctis per nostrum „dringend“ vertendum esse verbum censemus. Notio autem illa prior secundum poëtarum consuetudinem a Thucydide in verbum translata est; cf. Hom. Il. 23, 28. 24, 300. Odys. 13, 7. Sophocl. Oed. R. 1055. Aj. 112. Eurip. Iphig. Tau. 1483.

ἔφορμος adjectivum III, 76, 1 postero tempore apud Strabonem demum legitur.

ἐπανεῖπον solum, quantum equidem scio, ex loco VI, 60, 4 notum est.

ἐπαύρεσις, ex verbo *ἐπαυρέσθαι*, quod in Atticorum sermone non in usu erat (respondet ei Atticum verbum *ἀπολαύειν*), formatum est; Thucyd. I, 53, 2.

ἐπιχρῆσθαι: I, 41, 1. rarissime in oratione pedestri reperitur. — *ἐπήν* particula bis usus est Thucydides pro Atticorum *ἐπειδάν*: cf. V, 47, 6. VIII, 58, 6. Certa autem causa exstat, cur hac forma usus sit; occurrit enim *ἐπήν* in litteris pacti alicujus, quod Thucydides operi suo inseruit.

ἐπιδιαφέρω verbum solum ex loco VIII, 8, 3, quantum scio affertur.

ἐπισπέρχω IV, 12, 1 apud poëtas (velut Homer. Il. 23, 430. Odyss. 22, 451. Aeschyl. Sept. 671) et posteriorum temporum scriptores velut Plutarch. Moral. 347 A exstat.

Prorsus poeticum genus spectat, quod reperitur VI, 69, 2: *σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπότρυνον τοῖς ὁπλίταις* (Cf. Odyss. 10, 152) „signum dederunt militibus ut aggrederentur“.

ἐποτρύνω verbum Thucydidis aetate poëtarum sermonis proprium erat aut certe a Jonibus solis adhibebatur; posterioribus autem temporibus apud eos scriptores, qui studio Thucydidis imitandi ejus locutiones consectabantur, maximo in usu erat.

ἔσθημα III, 58, 4. vox poëtica, in quam idem, quod de *ἐποτρύνω* verbo modo diximus, cadit; posteri eam adhibuerunt.

φερεγγυώτατος VIII, 68, 3. apud Herodotum et tragicos poëtas legitur.

περικτίονες III, 104, 3 vocabulum poëtici sermonis est; Herodotus eo usus est VII, 148 in recitando oraculo.

θάμβος: VI, 31, 6 vox poëtica.

ναυβάτης, quod vocabulum a Polluce I, 95 jam *τραγικώτερον* appellatur, apud Thucydidem habemus I, 121, 3. VII, 75, 7. VIII, 44, 1; praeterea cfr. Aesch. Pers. 251, 987. Soph. Aj. 348.

ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι: II, 84, 4. *ἐς ἀλκὴν ὑπομεῖναι:* III, 108, 1 (cf. Herodoteum illud *πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι* II, 45); *ἀλκὴ* apud poëtas velut Homerum et tragicos, postea apud Dionem Cassium, Plutarchum, Diodorum al. in usu erat.

γεγωνίσκειν: VII, 76, 1. reperitur etiam apud Aeschylum et Euripidem.

ῥύομαι apud Atticos in usu non erat; usus est eo saepius Herodotus et semel Thucydides lib. V cap. 63.

ὅ τι τάχος magis ex poëtarum usu loquendi dictum est pro *ὅτι τάχιστα,* quod in communi omnium usu erat. Habes *ὅτι τάχος* apud Thucydidem semel VII, 42, 3.

δορὶ, quae forma praebetur hisce locis: I, 128, 7. IV, 98, 8. vetustior est quam *δόρατι* et magis a poëtis adhibetur.

Et poëtarum dicendi usum et antiquitatem redolet forma participii aoristi: *ἑσσαμένων:* III, 58, 5 (optimi codices praebent *ἑσσαμένων,* codd. minoris momenti *εἰσαμένων* vel *ἑσαμένων*). Exstat enim haec forma in oratione; neque autem in orationibus Thucydidem voces poëticas sprevisse inter omnes constat. — Minus in usu erant apud Atticos hae quoque voces:

νεοχμόω I, 12, 2 quod verbum ex Aristotelis et posteriorum scriptorum operibus afferri potest, ex Atticorum scriptis non potest.

ὀλόφυρσις: I, 143, 5. II, 51, 5. qua voce posteriores auctores studio imitandi usi sunt. Eodem spectat: *παλαιόπλουτος* VIII, 28, 3. — *κακοτροπία:* III, 83, 1. — *σβετήριος* VII, 53, 4. — *πλινθεύω* IV, 67, 1, quam vocem scholiasta interpretatur verbis „*πλίνθους λαμβάνοντες ἐτείχιζον*“, vix usquam hac cum notione reperitur.

προεκφόβησις: V, 11, 2 praeterea a Dione Cass. adhibitum est.

κατακολπίσαι VIII, 29, 3 apud Strabonem quoque occurrit.

κατασπέρχω „bedraengen, imponieren: IV, 126, 6.

ναυλοχέω: VII, 4, 7. etiam apud Herodotum exstat.

ὁμαιχμία I, 18, 3 quod ab Herodoto quoque usurpatum est.

Obsoleta verba, quae in numero eorum, quae *ἀρχαιότερα τῶν κατ᾽ αὐτὸν χρόνον* esse Marcellinus dixit, habenda sint, reperies: I, 33, 3 *πολεμησείω.* — I, 95, 7 *ἀπαλλαξείοντες,* idem III, 84, 1. — IV, 28, 2 *παραδωσείοντα.* — VIII, 56, 3: *ξυμβασείοντα* — VIII, 79, 3: *ναυμαχησείοντας;* quae formae desiderativae quae vocantur apud scriptores ejusdem, qua floruit Thucydides, aetatis vix reperiuntur et demum apud seriorum temporum scriptores in usu sunt, qui omnino, quum Thucydidis elegantiam dicendi imitari studerent, hanc in adhibendis poëticis et obsoletis locutionibus positam esse existimaverunt. Nonnullae autem formae dialecti Jonicae et Doricae a Thucydide servantur, velut: I, 64, 2. *ἐξ Ἀφύτιος* — IV, 107, 3 *Γοάξιος* — cf. etiam V, 51, 2. — II, 29, 1. *Πύθεω.* — II, 95, 1. *Τήρεω.* — VIII, 44, 2 *Ἰηλυσοῦ.* — I, 81, 6: *τάμωμεν* pro *τέμωμεν,* qua forma Attici utuntur. — I, 103, 2 *Ἰθωμήτα.* — V, 25, I: *Πλειστόλα.* — V, 10. VIII, 58, 1 *Κλεαρίδα* et *Κλεαρίδου.*

Antiquiores autem formae et quae a communi Atticorum sermone prorsus abhorrere videantur, sunt hae: II, 97, 3 *προσῆξαν,* quam lectionem codices praebent; talis autem verbi *ἄγειν* aoristus *σ* littera formatus apud Antiphontem item legitur: V, 46 *ἆξαι.*

δρασθὲν et *δεδρασμένον:* III, 38, 3. 54, 1. ex Atticorum usu dicendi vix affertur. — *ἀπεφράγνυσαν* a verbo *φράγνυμι* pro *φράσσω,* quod in usu erat, adhibuit VII, 74. 2. — *ἐκπλήγνυσθαι* IV, 125, 1 vetustior forma est quam Atticorum *ἐκπλήττεσθαι.* — *ἐπηλύτης* I, 9 minus ex communi usu dictum est quam *ἐπηλύς,* quo verbo et ipso Thucydides usus est I, 29, 5.

Ut alia nonnulla, quae item ab usitata ratione recedant, addamus, et Thucydides et Antiphon simplex verbum *ὀρθοῦσθαι* frequentant, qua in re cum tragicorum usu dicendi congruunt; apud ceteros scriptores composita *ἀνορθοῦν, κατορθοῦν,* alia observare licet. Cf. Thuc. III, 42. Antiph. V, 7. Lob. ad Phryn. p. 250 sq. Verbi *ἀπολογεῖσθαι* aoristum medialem, ut ita dicam, formavit Thucydides sicut ceteri Atticorum scriptores: *ἀπελογησάμην* (Cf. Th. VIII, 109, 2), Antiphon contra aoristo

passivi *ἀπελογήθην*, quam apud Polybium quoque legimus, usus est II γ 1. δ 3. IV γ 1. Cf. Poll. II, 119 *Ἀντιφῶν δὲ καὶ ἀπελογήθη*.

Tales igitur voces quum neque in quotidiano dicendi usu neque omnino in Atticorum sermone versarentur, Dionysius Hal. ad *τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων* dixit spectare, minus quod prorsus non in pedestri sermone possent adhiberi, sed quod maxime poëtarum esse posteriorum temporum scriptores et rhetores existimaverunt, ut locutionibus, quae a vulgari sermone recederent, in operibus suis uterentur. Quamvis autem concedamus, Thucydidem et Antiphontem loco omnium, quas in medium protulimus, locutionum alias voces et eas tritas et quae vulgari dicendi consuetudini magis responderent, adhibere potuisse, attamen constat, utrumque eorum ipsa hac dicendi ratione, quam prae rerum, quas tractaret, natura aptissimam esse existimaret, consilio et judicio usum esse. Atque Thucydides praecipue vulgarem dicendi consuetudinem suae materiae, qua de summis rebus et quae omnium ejusdem aetatis hominum animos moverent, ageretur, non apte respondere videtur sensisse, praesertim quum ipse non *ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν*, sed *κτῆμα ἐς ἀεὶ* libri sui sint se voluisse scribat, id quod in ejus scribendi ratione judicanda maxime nobis respiciendum est. Antiphonti sane non eadem in verbis eligendis adhibendisque licentia concessa erat, propterea quod, quum in orationibus judiciale dicendi genus sequeretur, id maxime ei erat agendum, ut, quae vellet, ad commune judicium et popularem intelligentiam accommodaret. Aliter autem res se haberet, si demonstrativo generi, quod vocatur, se dedisset, in quo genere et poëticis et grandibus magnificisque ei licebat verbis uti. Nam Gorgiae, ut exemplum proferamus, grandem et quaesitam loquendi rationem Antiphontis orationum materiae prorsus non convenire, nemo negaverit. At in tetralogiis quidem, quae, quum exercitationis causa videantur compositae esse, neque ad causas veras spectant neque in publico recitatae sunt, magis quam in ceteris orationibus usus est vocibus, quae a communi usu recedentes ex poëtarum more dictae sint.

His, quoad conferre potuimus, enumeratis ad illud alterum transire liceat, quod et ipsum ad Dionysianum illud *ποιητικόν*

τῶν ὀνομάτων pertinet, *τὴν τροπικὴν λέξιν* dico, de qua Dionysius in cap. 24 libri de Thucyd. judicio conscripti mentionem facit. Qua in re breviores esse licet, quum pauciora commemoranda sint, id quod Dionysius quoque eo testatur, quod hujus rei exempla, quibus sententiam suam probet, non affert. Ex Antiphontis orationibus nonnulla afferri possunt, quae translationis vim habent. Atque hoc in genere duos illos scriptores moderatione usos esse nos mirum non habet, si quidem recte illud se habere censemus, quod Quintilianus libr. VIII, cap. 6 § 13 seq. dicit: „ut modicus autem atque opportunus ejus (sc. translationis) usus illustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio implet.“ Nam quum, ut recte Quintilianus sensit, translatio reperta sit „qua animi hominum permoveantur resque accuratius signentur ac sub oculos subjiciantur“ (Quint. loco laud.), patet eam, quum saepius, quam par est, adhibetur, magis languori hebetationique animi quam delectationi jucunditatique servire.

Ut exempla proferamus, plurima Antiphontea ex tetralogiis promuntur, quod et ipsum testimonio est, Antiphontem in adhibendis verbis translatis summa cautione diligentiaque usum esse. Orat. I, 13 dicit orator: *δίκη δὲ κυβερνήσειεν,* in quibus verbis *δίκη* tamquam persona producitur. Idem cadit in verba, quae leguntur III *β* 2 *ἡ δόξα . . πρὸς τῶν λέγειν δυναμένων ἐστίν, η δὲ ἀλήθεια πρὸς τῶν δίκαια καὶ ὅσια πρασσόντων,* ubi *ἡ δόξα* et *η ἀλήθεια* quasi sociae hominum esse dicuntur. Cf. etiam V, 14 *ὁ χρόνος καὶ ἡ ἐμπειρία διδάσκει τοὺς ἀνθρώπους* — II *γ* 10 *τὰ ἴχνη τῆς ὑποψίας εἰς τοῦτον φέροντα.* — II *α* 2 *ὑποψίας φυλακὴν ποιήσωνται.* — In verbis, quae habes II *β* 13 *ἰατροὺς γενέσθαι τῆς ἀτυχίας* Quintiliani illud „translationem repertam esse permovendis animis plerumque et signandis rebus ac sub oculos subjiciendis“ maxime cernitur; nam *ἰατροὺς γενέσθαι* multo gravius et significantius, ut verbo venia sit, dictum est, quam simplex verbum *ἰᾶσθαι.* Magis etiam hoc perspicitur in verbis, quae exstant IV *β* 7: *τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας φονεῖς εἰσιν.* Cfr. II *δ* 5 *θερμὸν καὶ ἀνδρεῖον ἄνθρωπον,* ubi *θερμὸς* adjectivum sub notione „vehemens, acer“ occurrit, quae notio in pedestri oratione huic adjectivo rarissime tribuitur (II *α* 7: *θερμότερον ἐπιχειρεῖν*

III β 2 ὑπὸ σκληρᾶς ἀνάγκης βιαζόμενος — III γ 12 ἐλαφροτέραν τὴν συμφοράν. — III γ 4 τῇ σκληρότητι τοῦ δαίμονος ἀπιστῶν. V, 86: οἱ γὰρ πολλοὶ ἀγῶνες τῇ μὲν ἀληθείᾳ σύμμαχοί εἰσι, τῇ δὲ διαβολῇ πολεμιώτατοι. — V, 91 ἀνήκεστον ἔργον — ἀκεστῷ πράγματι — V, 94 καὶ τούτου φάρμακον τὸ αὖθις κολάσαι — τοῦ δὲ ἐξεργασθέντος οὐκ ἔστιν ἴασις. — II δ 12 ἀνίατος μετάνοια. II β 7 οὐδὲν μικρότερον τῆς ἀτυχίας. V, 37 τῆς ἀληθείας οὐκ ἦν τιμωρὸς αὐτῷ οὐδείς. V, 95. ἅμα τῷ σώματι καὶ ἡ τιμωρία ἀπόλοιτο — II β 8 τηρεῖν τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐπιβουλῆς — III γ 8: ἄθλιον καὶ πικρὸν [illegible] σκοπὸν [illegible] κτλ. et eadem paragrapho: πολεμίῳ τῷ τούτου σώματι χρησάμενος. in quibus duobus locis adjectiva fere loco epithetorum ornantium quae vocantur videntur posita esse. — II γ 2 ἀνατροπεὺς τοῦ οἴκου ἐγένετο (de ἀνατροπεύς substantivo jam supra mentio facta est). Atque illud etiam, quod supra jam allatum est, huc pertinet: IV α 2 τροφέας δὲ παρέδωκε τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν. — Haec ex Antiphontis orationibus collata sufficiant.

Ex Thucydidis libris pauca pro amplitudine operis locos, qui translationis vim praebeant, afferre possumus. ac quidem ea verba translata, quae apud ceteros scriptores pedestris orationis et ipsos in usu sunt, velut verbi αἴρειν (cf. Th. I, 19) translationem, omittimus, in quibus proprii nihil inesse patet. I, 128, 4 εὐεργεσίαν ἐς βασιλέα κατέθετο, quae locutio exstat quoque I, 33, 1: τὴν χάριν καταθήσεσθε et I, 129, 3 κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. — III, 14, 1 ἴσον τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλόμενοι. in quibus verbis translatio ab alea sumta est eodem modo, quo verbum ἀναρρίπτειν transfertur: IV, 85, 4. 95, 2. VI, 13, 1. — III, [illegible]: ἡ πόλις ἆθλα διδόναι — III, 58, 1: καμφθῆναι et III, 59, 1: ἐπικλασθῆναι pro usitato πεισθῆναι. quae [illegible] vocabula apud ceteros orationis pedestris scriptores non [illegible] — III, 59, 2: τὰ λαμπρότατα = res egregie gestae. eodem capite: ἡμᾶς ἐκ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πανωλεθρίᾳ ἐξαλεῖψαι. — IV, 133, 1. ὅτι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολωλός — V, 103, 2: ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες κτλ. quae translatio a trutina sumta videtur, ita ut ῥοπή verbo significetur „momentum". — VI, 18, 4 τῶν Πελοποννησίων στορέσωμεν τὸ φρόνημα, quod poetarum

scriptores studio elegantiae Thucydideae imitati sunt. *στορέσαι* est vox poëtica. — VI, 86, 1: *φόβον προσείοντες* eodem modo dictum est ut V, 17, 2: *παρασκευὴ προεπανεσείσθη*, et IV, 126, 5: *η ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων*. — VII, 71, 1: *ξύστασις τῆς γνώμης*. — Prosopopoeiae autem quae vocatur exempla sunt haecce: I, 122, 1 *ὁ δὲ ὀργισθεὶς* — sc. *ὁ πόλεμος* — *περὶ αὐτὸν οὐκ ἐλάσσω πταίει*. — Simili modo *πόλεμος* tamquam persona fingitur: II, 36, 4 *Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα* (quo loco nonnulli viri docti, ut locutionem translatam evitarent, pro *πόλεμον* scribi *πολέμῳ* vel *πολέμιον* voluerunt; sed quae a libris manuscr. praebetur lectio et cum sententia reique conexu et cum sermone Thucydideo optime convenit.) Cf. etiam IV, 18, 4. *τὸν πόλεμον νομίσωσι . . . τούτῳ ξυνεῖναι*, et VI, 41, 3: . . *καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται* (se exornare solet).

Sed ut haec omittamus, restat, ut de ubertate orationis et abundantia verborum, quae quidem poëtici sermonis propriae sunt, nonnulla proferamus. Nam et apud Thucydidem et apud Antiphontem sunt, quae cum verbositate quadam dicta esse videantur. Quamquam autem Antiphonti, quum is magis intellectum et mentem quam affectus animumque spectare deberet, talis ubertas minus concessa erat quam Thucydidi, qui jam propter materiae, quam tractabat, naturam majore libertate in hac re uti poterat, tamen negari non potest, Antiphontem hic illic cogitationum et sententiarum repetitione molesti quid praebere. Exempla sunt haecce: Ant. I, 21. *ἀθέως καὶ ἀκλεῶς* — I, 23 *ἀβούλως τε καὶ ἀθέως* — *ἀθέμιτα καὶ ἀνόσια δεήσεται* — II β 13 *ἀδίχως καὶ ἀθέως* IV γ 6 *ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια πράττειν* — VI, 48: *ἐπιορκοτάτους καὶ ἀνοσιωτάτους*; nonnullis locis *μέγιστα καὶ πιστότατα*. — Omnino enim Antiphon unam notionem duobus verbis exprimere aut orationis ad numeros alligandae causa duas notiones diversas conjungere solet, cujus rei multa exempla in medium proferri possunt. I, 23: *δικασταὶ ἐγένεσθε καὶ ἐκλήθητε* — 25 *δικαιότερον καὶ ὁσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων*, qui locus utriusque rei exemplum praebet (conferenda sunt ea quae leguntur apud Thucydidem I, 71, 5: *δρῷμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων*

οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων) — ἀνελεημόνως καὶ ἀνοικτίστως — 26 ὑπό τε ὑμῶν (sc. τῶν κριτῶν) καὶ τοῦ δικαίου (ubi τὸ δίκαιον tamquam persona fingitur) — ἑκουσίως καὶ βουλεύσασα — ἀκουσίως καὶ βιαίως — 27. ἀνοσίως καὶ αἰσχρῶς ἀπώλεσεν — τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἐκ προνοίας ἀδικήμασι καὶ ἁμαρτήμασι — 28. μηχανῶνται καὶ παρασκευάζουσι τοὺς θανάτους. II α 1 γνωσθῆναι καὶ ἐλεγχθῆναι — II α 4 ἑτοίμην καὶ κατειργασμένην τὴν ὠφέλειαν ἀφῆκεν ἄν. — II α 10 μιαρὸν καὶ ἄναγνον — II β 2 ὅσιον καὶ δίκαιον παρέχοντα ἐμαυτόν. — II δ 7 ὁ δὲ οὐκ ἔλεγχον παρασχὼν οὐδὲ βάσανον. — V, 3 ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῶν πραγμάτων. — 8. ἡ τούτων βιαιότης καὶ παρανομία. — 11. ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον. — V, 16. ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον (quo loco λόγος verbum adhibitum est sub notione praetextus et speciosae accusationis, qua saepius occurrit) V, 22. οὐδενὶ μηχανήματι οὐδ' ἀπάτῃ — 25. συνέθεσαν ταῦτα καὶ ἐμηχανήσαντο. — 42. παρὼν καὶ συνών. — 44. οὔτ' ἀνέκραγεν οὔτ' αἴσθησιν οὐδεμίαν ἐποίησεν οὔτε τοῖς ἐν τῇ γῇ οὔτε τοῖς ἐν τῷ πλοίῳ. — 88 et VI, 6 ἁμαρτία καὶ ἀσέβειά ἐστιν εἴς τε τοὺς θεοὺς καὶ εἰς τοὺς νόμους, quo loco, quum ἁμαρτία magis ad νόμους ἀσέβεια magis ad θεοὺς spectet, hae notiones per chiasmum sibi oppositae sunt. V, 93 ἀνόσιον εἰργασμένῳ μηδ' εἰς τοὺς θεοὺς ἠσεβηκότι. — VI, 1. ἄνευ κακότητος καὶ αἰσχύνης. — 3. τῷ κινδυνεύοντι καὶ διωκομένῳ. 37. πρὶν καθᾶραι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι. VI, 48 μήτε εἶπον μήτε ἀπέφηνα. Cf. etiam III β 1. V, 14. 43. 45. 52. 82. 85. 87. VI, 2. 3. 5. 7. 8. 10. 11. 15. 16. 18. 21. 25. 37. 45. 47. 48. — Loco qui exstat I, 27 tres notiones etiam conjunctae sunt: μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης. Idem occurrit V, 42 ὁ ἐν τῷ πλοίῳ πλέων καὶ παρὼν διὰ τέλους καὶ συνών μοι. In quibus fere omnibus locis una jam vox notioque sufficeret ad rem significandam; quod idem dicendum est de illis verbis quae leguntur V § 50: τῷ διὰ τέλους . . ἀεὶ λέγοντι (cf. Thuc. II, 85: καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀεὶ . .). Neque minus saepe Antiphon ut rem magis premeret, unam sententiam duarum notionum sive vocum oppositione expressit: I, 22 οὐ τῶν ἀποκτεινάντων ἀλλὰ τῶν ἐκ προνοίας ἀποθνησκόντων ἐστὶ

βοηθοί: circumscribit enim et premit orator illud quod a judicibus petit, ut justo judicio utantur. II β 6: *ἔστι δὲ οὐκ ἀπεικός, ἀλλὰ εἰκός*, quam eandem oppositionem habes II γ 6. III β 7. IV β 2. 3. γ 3. δ 6. II β 5 *ἐσωφρόνουν καὶ οὐκ ἐμαίνοντο* — III α 2 *ἑκόντα μὲν οὖν .. ἄκοντα δὲ* et *οὐκ ἐλάσσω τοῦ ἑκόντος ἄκων τὴν συμφορὰν κατέστησεν* III γ 6: *ἀκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἑκουσίως ἀπέκτεινεν* .. Simili modo dictum est: III γ 7. III α 10. III β 2. VI, 1. *οὐ τέχνῃ μᾶλλον ἢ ἀδικίᾳ*. VI, 18. *εἰκάζοντες μᾶλλον ἢ σάφα εἰδότες*. — V, 42 *ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ἀληθείᾳ* (cf. V, 69. Thucyd. II, 22) Alia ejusdem modi: V, 5. 7. 11. 86. 92. VI, 10. 19. 22. 24. 31 etc. Magnifice et magna cum ubertate dictum est, quod legimus V, 82: *συναπολέσαι μετὰ τῆς αὐτῶν ψυχῆς καὶ τοὺς ὁσίως διακειμένους τὰ πρὸς τοὺς θεούς*: simplicius dixisset orator: *συναπολέσαι μεθ᾽ αὑτῶν καὶ τοὺς ὁσίους* sive *εὐσεβεῖς*. V, 75: *ἔργῳ ἔπραξε — λόγῳ εἰπών*. quae verba legentibus nobis in mentem venit Thucydideum illud I, 22: *ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον . . . τὰ δὲ ἔργα τῶν πραχθέντων*. — Epithetorum fere ornantium vim habent adjectiva *ἄωρος καὶ γηραιὸς* cum substantivo *τελευτὴ* conjuncta: III α 2. III β 12.

Ex Thucydidis libris epitheta ornantia vix afferri possunt, nisi forte in eorum numero habes: II, 13, 2 *ἀγήρως ἔπαινος* — III, 58, 1 *σώφρων χάρις . . . αἰσχρὰ χάρις*. Multa autem, quae ubertatem redolent, exempla promi possunt: *καθ᾽ ὅσον εἰ* — VI, 88, 1. quod fere ad Homeri dicendi rationem appropinquat (*εἰ* particula a Boehmio ejecta est sine causa; cf. ejus edit. Sed ab omnibus codicibus *εἰ* particula praebetur neque habemus, cur hanc ubertatem cum Thucydideo sermone non congruere censeamus) — VIII, 92, 9. *ἀπὸ βοῆς ἕνεκα* — I, 63, 2 *πάλιν ἐπαναχωρεῖν*. quod habes quoque IV, 97 al. — IV, 75: *ἀναλαμβάνειν πάλιν* — VI, 101. *εὐθὺς κατὰ τάχος* — I, 58, 2. II, 84, 3: *τὸ δὲ δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον*. — II, 9. V, 61 *ἔπειτα ὕστερον* — III, 5, 2 *μετὰ τὴν μάχην ὕστερον* — I, 3, 1. *πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πρότερον* et similia ejus generis. I, 29: *προπέμπειν πρότερον*. — Maxime autem in foederibus referendis ad rem eo gravius inculcandam tali verbositate usus est: V, 47, 2 et 8: *τέχνῃ οὐδὲ μηχανῇ οὐδεμιᾷ* (*τέχνῃ μηδὲ μηχανῇ μηδ.*) — V, 37, 3 *τρόπῳ ὁποίῳ* [*ἂν*

δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν et al. loc. ej. gener.

Saepius autem sententia bis, et affirmando et negando exprimitur, id quod apud Antiphontem multis locis fieri vidimus (cf. Ant. III *α* 2. *γ* 6. *γ* 7 etct). Ex Thucydidis libris afferimus: VII, 44, 6: *μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψε καὶ ὁ παιωνισμός.* — VII, 49, 3 *ὅτι τάχιστα καὶ μὴ μέλλειν ἐξανίστασθαι.* — VII, 85, 4 *πλεῖστος φόβος οὗτος καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων.* — VI, 87, 2 *οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες τε* — Homerico usui dicendi *ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν* similiter se habet, quod Thucydides dixit III, 102 *καθορᾶσθαι τῇ ὄψει.* — Neque etiam hoc ab Homeri dicendi ratione recedit, ut pronominibus explicandi causa nomina propria subjiciantur: VIII, 144, 4: *οἱ δὲ χρήματα ἐξέλεξαν οἱ Πελοποννήσιοι.* — V, 65, 4 *ἐβούλετο τοὺς ἀπὸ τοῦ λόγου βοηθοῦντας . . καταβιβάσαι τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους.* Cf. II, 29, 3. VII, 86, 3 *ξυνέβαινε δὲ τὸν μὲν πολεμιώτατον αὐτοῖς εἶναι, Δημοσθένην, κτλ.* Alia habes ejusdem modi: VI, 57, 4. VIII, 42, 2. Nonnulla quoque afferre possumus exempla, quibus more Antiphontis duas notiones Thucidides conjunxit: I, 70, 3 *οἱ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί* — 70, 4 *ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελληταὶ καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους* — I, 138, 3 *οὔτε προμαθὼν . . οὔτε ἐπιμαθὼν — κράτιστος γνώμων — ἄριστος εἰκαστής . .* Cf. etiam II, 22, 1. 76, 4. V, 47, 2. — Sed haec Thucydides minus ubertatis causa quam cum vi et gravitate dixisse videtur.

CAPUT II.

Sed jam ad alteram partem commentationis transeamus, qua omnia ea, quae Dionysius Halicarnassensis verbis *τὸ πολυειδὲς τῶν σχηματισμῶν* complectitur, exponenda sunt, ita quidem, ut cum Dionysio ipso verbum *σχῆμα* et *σχηματισμὸς* et ad singula vocabula et ad enuntiata referamus. Spectant igitur ad hoc genus primum novae illae vocabulorum formationes compositionesque, de quibus jam supra mentio facta est, deinde certarum et definitarum quarumdam formarum usus, qui ex Thucydidis et Antiphontis scriptis promi potest, porro etiam

omnia ea, quae nomine orationis variatae comprehenduntur, postremo collocatio verborum, cum quibus omnibus figurarum quoque ille ornatus conjungi potest, quo eos usos esse videmus. Unde ad tractandam periodorum, ut hoc verbo uti liceat, structuram enuntiatorumque formationem et compositionem optime fit transitus, de qua re tertia parte agitur. Jam igitur singula videamus.

Quod ad primum attinet, Antiphontis et Thucydidis aetate linguam nondum ita excultam fuisse, ut non auctoribus ipsis liceret vocabula et voces, quae materiis suis aptissime respondere existimarent, sibi formare, vix opus est, ut commemoremus. Qua in ipsa re et Antiphontem et Thucydidem maxima usos esse libertate videre licet. Atque Antiphon in τέχνῃ, quam scripsit, accuratius dicitur exposuisse, quanam ratione quum in dicendi usu aptum vocabulum nondum perhiberetur, nova possent vocabula creari. At non solum si in vulgari hominum sermone vocabulum, quod quidem conveniret, non erat, sed etiam studio quodam gravitatis substantiva, quae a verbis notis et usitatis deducta erant, pro structuris simplici verbo formatis adhibuerunt. Dionysius quidem in hoc substantivorum usu arbitrium Thucydidis, quum eum valde amaverit, praevaluisse dicit; nam talis scribendi ratio cum praeceptis, quae rhetores sibi finxerant, non congruit. Recte autem Hermogenes mihi videtur judicare quum dicit (Cf. Rhet. Graec. Walz. III p. 226): σεμνὴ λέξις ἡ ὀνοματικὴ καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα· ὀνοματικὴν δὲ λέγω τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων εἰς ὀνόματα πεποιημένην, ὡς ἐλάχιστα γὰρ ἐν σεμνότητι δεῖ χρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν, ὥσπερ ὁ Θουκυδίδης· σχεδὸν γὰρ ὅλον βούλεται ποιεῖν τοῦτο κτλ. Cum gravitate autem illa, quae talibus locutionibus inesse solet, major quoque perspicuitas acriorque significatio quid sibi quidque velit conjungitur, quae quidem a vulgaris sermonis consuetudine abhorret. Quin etiam certae possunt adesse causae, cur auctor talem dicendi rationem verbalibus, ut ita dicam, structuris praetulerit: id quod fieri solet, quum ei compluribus verbis ad eam rem significandam opus est, quae uno substantivo accuratius et acrius definitur. Jam supra, ubi de iis verbis, quae in communi dicendi consuetudine rarissime usurpantur, sermo erat, de eis substantivis mentio facta est,

quas scriptores sibi formaverunt, ut acrius et elatius sententiam exprimerent. Pertinent sane hujus generis formationes et ipsae ad illud *ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων,* quod vocatur, sed melius hoc loco tractantur, propterea quod illo loco (cap. I) magis secundum litteras aut secundum formationem per se ipsam respectae sunt, hoc loco autem agitur, quaenam eorum vis et significatio sit in enuntiatorum compositione. In numero autem substantivorum, quae eo modo, quo diximus, comparata sunt, multa esse, quae horum duorum scriptorum propria sint et postea demum ab iis, qui antiquum dicendi genus imitari studuerunt, usurpata, vix commemoratu opus est. Magnum hujus generis locutionum numerum proferre possumus, et quidem in plurimis earum substantiva cum *γίγνεσθαι* verbo conjuncta apparent: Antiph. V, 22 *ἡ μετέκβασις ἐγένετο εἰς τὸ πλοῖον,* quae sententia non minus bene expressa esset hoc modo: *μετεξέβημεν εἰς τὸ πλοῖον* quo verbo in eadem paragrapho auctor usus est: *τὸ πλοῖον εἰς ὃ μετεξέβημεν.* Videtur Antiphon ita scripsisse variandae orationis studio commotus. Majore sane vi dicit II *β* 2: *ἀνατροπεὺς τοῦ οἴκου ἐγένετο;* quod verbis *τὸν οἶκον ἀνέτρεψεν* item significaretur; sed locutio per substantivum cum verbo *γίγνεσθαι* expressa magis spectat naturam et voluntatem ejus qui domum evertit, quam simplex verbum *ἀνατρέπειν* si adhibuisset. Eodem modo V, 94 *γνωρισταὶ γίγνεσθε τῆς δίκης* multo acrius cogitatum et dictum est, quam si exstaret in oratione contexta: *γνωρίζετε;* quod idem cadit in verba quae in eadem paragrapho leguntur: *δικασταὶ γίγνεσθε τῶν ἀληθῶν — δοξασταὶ . . . κριταὶ τῶν ἀληθῶν* — II *δ* 3 *οὐ γὰρ μηνυτὴς οὐδ' ἐλεγκτὴρ τῶν ἀποκτεινάντων εἰμί* (Cf. Thucyd. III, 2, 3: *μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις ὅτι ξυνοικίζουσι κτλ.* VI, 53, 2. verbum *μηνυτὴς* quoque I, 132, 5 legitur; haud saepe apud Atticos occurrit) V, 32 *ἐπιτιμηταὶ τῶν συμφερόντων* — V, 47: *τῶν μὲν λόγων κριτὰς γενέσθαι — τῶν δὲ ἔργων δικασταὶ ἐγίγνεσθε.* — V, 94: *γνωρισταὶ γίγνεσθε τῆς δίκης . . δικασταὶ τῶν μαρτύρων κτλ.* Cfr. I, 10. 11. 12. 24. II *β* 11. *δ* 2. V, 15. 17. III *γ* 3 al.

Pertinent autem ad horum substantivorum numerum magnam in partem ea, quae in *της* et *σις* litteras exitum habent et ab

Antiphonte et Thucydide creata sunt. Saepe enim solum concinnitatis causa substantivum cum *γίγνεσθαι* aut simili verbo conjunctum pro structura verbali adhibetur, velut IV γ 4: *τοῦτον γὰρ βουλευτὴν τοῦ θανάτου φημὶ γενέσθαι*; antecedunt enim verba quae his respondent: *ἀποκτείναντος φονεύς ἐστιν*. — Sed etiam in aliis substantivis adhibendis hoc studium, de quo loquimur, cerni potest, velut I, 2 et 21: *τῷ τεθνεῶτι τιμωροὺς γενέσθαι, τῷ δ' ἐπεξιόντι βοηθούς* cf. I, 4 et 24. III γ 10. *συλλήπτορος γενόμενος*. III β 6. VI, 19. *πράκτορας τῶν ἀκουσίων εἶδον* (*πράκτωρ* ex dicendi usu poëtarum desumtum est. Cf. Sophocl. Elect. 251. Aeschyl. Ag. 112. Arist. Ran. 1289. — In oratione pedestri hoc substantivum solum cum notione magistratus illius Atheniensis usurpatur, quo sensu etiam apud Antiphontem VI, 49 exstat[1]. Ut exempla substantivorum in *σις* exeuntium proferam, leguntur haecce: V, 4. *ἀκρόασιν παρέχειν* (alibi etiam *ἀκρόασις ὑπάρχει*) — V, 6: *τὴν ἔκπληξιν παρέχειν*, quae eadem verba apud Thucydidem quoque habes IV, 55. VI, 36. *ἔκπληξις* vocabulum demum a posteriorum temporum scriptoribus adhibetur — V, 65. *ῥᾳδία ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις τοῦ κτλ.* — *ἴασίς ἐστιν*. — V, 66. *ἐν τούτῳ μοι ἀξιοῦτε τὴν ἀπόφευξιν εἶναι* (*ἀπόφευξις* rarissime occurrit).

Gravius et significantius dictum est, quod legimus I, 18: *ὡς γεγένηται ἡ δόσις τοῦ φαρμάκου* pro: *ὡς τὸ φάρμακον ἐδόθη*. — Saepe verbum *ποιεῖν* vel *ποιεῖσθαι* substantivis additur ad circumscribendam verbalem notionem aut activam aut medialem: I, 1 *καταφυγὴν ποιεῖσθαι*. I, 7 *ἔλεγχον ποιεῖσθαι* — 8 et 10 *βάσανον ποιεῖσθαι* et *βασάνῳ χρῆσθαι*, pro quibus locutionibus simplici quoque verbo utitur I, 11 *βασανίσαι* V, 92 *ὧν βουλὴν ἐποιεῖτο*, quod ad rem premendam scriptum est pro: *ἃ ἐβούλετο*. *ποιεῖν* verbum legitur: V, 10 *τίμησίν μοι ποιεῖν* — *κρίσιν μοι ποιεῖν* et al. Cf. II α 2. VI, 7. VI, 18. — I, 12: *ἔλεγχον λαβεῖν* (*ἔλεγχον δοῦναι*, quod apud alios ejusdem aetatis scriptores in magno usu est, apud Antiphontem non reperi). — Ex toto hoc dicendi more etiam explicandum est, quod legitur I, 12: *ἐγὼ γάρ εἰμι τοῦτο μὲν ὁ θέλων .... τοῦτο δὲ κελεύων*, quo loco auctor, ut rem premeret, participio cum verbo conjuncto loco structurae verbalis usus est.

Plures etiam loci ex Thucydidis libris promuntur: Jam Dionysius hujus rei exempla attulit ex primi libri capite 41 haecce: ἔχομεν παραίνεσιν καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε (ita autem Thucydides scripsit, ut membra totius enuntiati apte sibi responderent; antecedunt enim verba: τὰ δικαιώματα ἔχομεν.) et ex capite 134: τὴν δὲ ὀλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν σωμάτων. — Cf. Dionys. Hal. ad Amm. II, 5. Eodem igitur modo quo Antiphon utitur Thucydides substantivis in της, σις al. litteras exeuntibus, ut notionem verbalem circumscribat. Cf. haecce: I, 70, 3. αὖθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, per quae substantiva verbalia voluntas et proclivitas, ut ita dicam, ad eam notionem significatur, quae verbo inest. Nostra enim lingua haec verba ita vertenda sunt: ihr seid geneigt vel ihr seid gewohnt ueber das maass der kraefte verwegen zu sein et cet; quae sententia Thurydidi, si verbali structura eam reddere voluisset, pluribus verbis exprimenda erat. Eodem modo dicit I, 70, 4: καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους = „geneigt zu zaudern, geneigt zum reisen, reiselustig". — I, 138, 3: τῶν μελλόντων ἄριστος εἰκαστὴς (εἰκαστὴς apud Atticos rarissime usurpatur) . . τῶν παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων (neque etiam γνώμων apud Atticos in usu erat). — II, 74, 3: ξυγγνώμονες δὲ ἔστε (= ξυγχωρήσατε δέ κτλ.) — III, 38, 3 οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, quibus verbis maxima gravitas inest. — III, 38, 6 ὑπερόπται τῶν εἰωθότων (ὑπερόπτης apud Sophoclem quoque legitur, alibi non occurrit). — VI, 60, 1 διαλλακτὰς . . . . νομίσαι. — Ita substantivis quoque in σις litteras exeuntibus utitur variis rationibus: II, 2, 2: τῶν τε γὰρ τῶν λιμένων τὴν χῶσιν καὶ τειχῶν οἰκοδόμησιν καὶ νεῶν ποίησιν ἐπέμενον. Cf. I, 69, 4 (μέλλησις). — III, 16, 1 (κατάγνωσις) — III, 47, 5 (κάθεξις τῆς ἀρχῆς, κάθεξις solum ex hoc Thucydideo loco notum est). — V, 12, 2 (προεκφόβησις). — In primis haec in σις et μα exeuntia substantiva cum γίγνεσθαι vel ποιεῖσθαι verbis coniungit, id quod Antiphontem et ipsum fecisse vidimus, qua conjunctione notio verbalis, quae substantivo ab eo derivato subest, magis premitur; γίγνεσθαι verbum

ad passivam notionem circumscribendam adhibere solet. Cfer. III, 23, 5 *ἐγένετο ἡ διάφευξις αὐτοῖς* et VII, 38, 3: *ὅπως . . εἴη κατάφευξις* (*διάφευξις* pro *διαφυγή*, *κατάφευξις* pro *καταφυγή* apud ejusdem aetatis scriptores vix occurrit excepto uno Antiphonte; cf. Ant. I, 4), quibus verbis inest sententia: fuga faciliore modo facta est. — I, 51, 3 *ἡ ἀπαλλαγὴ ἐγένετο ἀλλήλων*, quod gravius dictum est quam *ἀπηλλάγησαν ἀλλήλων*. — I, 73, 1: *ἡ πρέσβευσις ἐγένετο*; — in eodem capite: *καταβοὴν οὖσαν ἡμῶν* (*πρέσβευσις* et *καταβοὴ* raro apud Atticos leguntur) — 75, 4: *καὶ γὰρ ἂν αἱ ἀποστάσεις ἐγίγνοντο*. — VII, 43, 6: *τοῦ τολμήματος σφίσι γενομένου*. Alia hujus rei exempla habes: I, 87, 6. 96, 2. II. 11, 4. 14, 2. 94, 1. III, 92, 4. IV, 74. 4. 85, 1. 113, 1. 116, 2. V, 32, 5. 82, 1. VI, 103, 1. VII, 42, 2. VIII. 21, 1. 26, 2. 89, 3. 97, 2. *ποιεῖσθαι* verbum cum substantivis verbalibus conjunctum legitur: II, 2, 1. *ἀπόστασιν ποιήσασθαι* — 44, 3: *τέκνωσιν ποιήσασθαι* — VII, 41, 1 *κατάφευξιν ποιεῖσθαι* — 43, 1: *ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι*. Dicit quoque: II, 34, 1: *ταφὰς ποιεῖσθαι* = sepelire, *θάπτειν* (apud Platonem et Plutarchum legitur *ταφὰς ποιεῖν* = exsequias curare, funus duci jubere.) — III, 6, 1. *ἐφορμοὺς ποιεῖσθαι* = *ἐφορμεῖν*. — IV, 29, 1 et 3: *ἀγωγὴν ποιεῖσθαι* = *ἄγειν*, abfahren — VIII, 31, 3: *ἐσβολὴν ποιεῖσθαι* (*ἐσβολὴ* minus in usu erat quam *προσβολή*; utitur Thucydides etiam verbo *ἐσβάλλειν*, quod cum praepositione *πρὸς* conjungit: *ἐσέβαλλον πρὸς τὴν πόλιν*: II, 100, 5. IV, 25, 8. VIII, 86, 3) Conferenda sunt quoque: II, 14, 3. III, 16, 1. 47, 5. IV, 125, 5. V, 116, 1. VII, 49, 1 al. — Aliis quoque verbis cum substantivis conjunctis verbalem notionem circumscribit, velut: *περιέχειν*: I, 42, 2: *ἐπικράτησιν περιέχειν* (*ἐπικράτησις* substantivum a Thucydide formatum est; postea apud Dionem Cass. demum legitur). VIII, 42, 1. *πλάνησιν περιέσχεν*: — et *λαμβάνειν*: IV, 87, 1: *βεβαίωσιν λαβεῖν*, aliisque ejusd. gener.

Articulus autem in tali verborum conjunctione deesse solet, quum verbum et substantivum tam arcte inter se copulata sint, ut unam notionem complectantur; id quod etiam in aliis locutionibus cerni potest, velut: I, 125, 1: *γνώμην ἤκουσαν*; I, 128, 7: *γνώμην ποιεῖσθαι* (proponere, suadere, commendare

aliquid). II, 86, 5. III, 92, 4. IV, 125, 3 *γνώμην ἔχειν* (in animo habere, id agere, ut . .) I, 53, 2. 67, 1. *σπονδὰς λύειν* (fidem foederis rumpere) I, 135, 3: *δίαιταν ἔχειν* (versari, commorari); articulus apponi solet, quum de certa re sermo est, velut: I, 23, 4. 53, 2. 118, 3: *τὰς σπονδὰς λύειν;* III, 92, 2. VII, 72, 4. VIII, 44, 1 *τὴν γνώμην ἔχειν;* in quibus locis articulo demonstrativa vis, quam primitus ei subfuisse constat, servatur.

Quamquam autem in hac dicendi ratione Thucydidem et Antiphontem vidimus congruere ita, ut a trita vulgarique loquendi consuetudine recesserint, tamen Thucydidem majore in adhibendis substantivis verbalibus uti libertate ex eo perspicimus, quod etiam verbum cum negativa particula conjunctum in snbstantivum non mutare dubitat, quo et majorem sententiae vim et breviorem locutionem efficiat. Quod statim hoc loco tractemus, ita ut quarta parte, qua proprie de Thucydidis et Antiphontis brevitate dicendi agendum nobis est, breviter solum hujus rei mentionem faciamus. Scripsit igitur Thucydides I, 137, 4: *γράψας τὴν τῶν γεφυρῶν τότε οὐ διάλυσιν* — III, 95, 2: *διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν.* — V, 35, 2: *κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν* — VII, 34, 6. *διὰ τὴν ἄπωσιν αὐτῶν ἐς τὸ πέλαγος καὶ διὰ τὴν τῶν Κορινθίων οὐκέτι ἐπαναγωγήν.* Quae omnia substantiva cum negativa particula conjuncta loco enuntiati causalis vel relativi, quod dicitur, cum gravitate quadam et brevitate posita sunt; velut *διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν* brevius et gravius dictum est quam *διὰ τὸ τὴν Λευκάδα οὐ περιτετειχίσθαι.* Atque hoc monendum est, Thucydidem non solum adverbia, quae ad tempus vel locum spectant, ut: *νῦν, τότε, ἀεὶ, ἐνταῦθα, ἐκεῖ, ἐκεῖθεν* al. cum substantivis conjungere participio non adposito, sed alia etiam, ac quidem articulo et deficiente et accedente. Sunt autem hujus rei exempla ita comparata, ut in substantivis verbi notio perspicue et aperte cognoscatur, velut: I, 95, 5 *τῶν ἰδίᾳ πρός τινα ἀδικημάτων* — 141, 7: *τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἁπάντων ἰδίᾳ δοξάσματι* — VI, 80, 5: *τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως ἀδουλείαν.* — VIII, 64; 5: *τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν.* — I, 122, 2: *ἄντικρυς δουλεία* — VII, 81, 5: *ξυσταδὸν μάχαι.* Cf.: I, 30, 4. II, 3. 4. III, 13, 1. 106, 3. 112, 3.

IV, 32, 1. 31, 2. 110, 1. V, 59, 1. VI, 66, 2. VII, 86, 5. 44, 8. —

Hac cum re cohaeret alterum, de quo nobis jam agendum est, et in quo non minus studium, de quo modo diximus, intelligi potest. Thucydides enim et Antiphon libentius quam alii scriptores adjectivo et participio neutrius generis pro substantivis abstractis, quae vocantur, usi sunt: de qua dicendi ratione Classenius vir doctissimus in praefatione editionis Thucydidis librorum acute et vere hoc monet: „wenn Thucydides vielleicht öfterer als ein anderer griechischer schriftsteller die neutra der adjectiva und participia statt der abstracten substantiva gebraucht (τὸ πιστόν, τὸ βραδύ, τὸ ὀργιζόμενον, τὸ θυμούμενον), so gibt sich darin nicht eine manier oder caprice, sondern das wohlbegruendete streben kund, die abstracte allgemeinheit jener begriffe fuer den jedesmal vorliegenden fall in eine mehr greifbare form zu kleiden, wobei doch immer durch das neutrum diejenige unbestimmtheit gelassen wird, die der sache selbst zukommt." Velut quum Thucydides et Antiphon (Ant. II γ 1. Thucyd. VII, 68) dicant ἀποπλῆσαι vel σωφρονίσαι τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης, his verbis non plane idem, quod σωφρονίσαι τὸν θυμὸν sive τὴν θυμουμένην γνώμην verbis inest, exprimitur; nam σωφρονίσαι τὸν θυμὸν in universum dictum est neque ad certum hunc casum spectat, σωφρονίσαι τὴν θυμουμένην γνώμην nimium significat et rem gravius premit, quam ex sententia et voluntate auctoris fieri licet; itaque verba τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης, quae medium locum tenent inter nimium et parum, ad illam τῆς γνώμης partem spectant, ut ita dicam, quae ira affecta est, non ad totum illud, quod notioni substantivi γνώμη subest. Magis hoc intelligitur ex loco Thucydideo qui reperitur in lib. II cap. 87, ubi § 3 leguntur haece: οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθέν, ἔχον δέ τινα ἐν ἑαυτῷ ἀντιλογίαν, si quidem hanc lectionem, quae a codicibus praebetur, approbamus (neque autem causa est, cur non accipiamus. Nam praeterquam quod ab optimis codicibus probatur, cum tota sententia optime congruit. Neque illud, quod Classenius de vi et significatione participii νικηθέν contendit, recte se habet, quum aoristi participium non semper, ut ille vir doctus censet, ad unum certum

casum spectet, sed etiam minus graviter quam participium perfecti passivi de rebus et statibus, quae per longum tempus manent, dici possit); *τῆς γνώμης τὸ μὴ νικηθὲν* hoc loco opponitur illi parti *τῆς γνώμης*, quae *ἐνικήθη*, aut si cum Classenio particulam negativam ejiciamus *τὸ τῆς γνώμης νικηθὲν* opponitur *τὸ μὴ νικηθὲν* quod mente addendum est; quae tota sententia substantivo abstracto vel infinitivo cum articulo conjuncto non eodem subtilitate cogitandi posset significari. Recte igitur cum Boehmio aut Classenio vertimus haec verba: „eure gesinnung, sofern sie nicht besiegt ist" vel was in eurer gesinnung besiegt ist; also war sie doch nicht ganz besiegt." Cf. Class. adnot. ad h. l. — Hoc igitur modo recte se habet quod Classenius dicit ad I, 36, 1: „Th. rueckt fuer die abstracte allgemeinheit des begriffs eine lebendige anwendung derselben vor die seele." Similia reperiuntur apud Thucydidem I, 142, 8: *ἐν τῷ μὴ μελετῶντι* „bei dem mangel an uebung" vel proprie „bei dem umstand, dass sie nicht ueben koennen." V, 9, 6: *τοῦ μένοντος* quod respondet infinitivo, qui antecedit *τοῦ ὑπαπιέναι*. Eodem loco: *ἐν τῷ ἀντικειμένῳ τῆς γνώμης*. — II, 59, 3: *τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης*. II, 63, 1: *τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ βοηθεῖν*. I, 42, 4: *ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες* (die ungewissheit des siegs = was am sieg noch ungewiss war) oppositum est *ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι*. III, 10, 1: *ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης* (in der verschiedenheit der denkweise, id est: soweit die denkweise verschieden ist) IV, 18, 4: *τῷ ὀρθουμένῳ τοῦ πολέμου πιστεύοντες* (soweit das Kriegsglück reicht). Cf. I, 90. III, 10. V, 102 al. Antiph. II γ 4. de caed H. 73. V, 7 conf. cum Th. V, 46, 1. Neque etiam minus Antiphon verborum conjunctiones, quae quidem ab hoc usu non multum diversae sunt, amat velut V, 3 *ἡ ἀλήθεια τῶν πραγμάτων*. III β 12 *εὐσέβεια τῶν πραγμάτων*. I, 13 *ἡ σαφήνεια τῶν πραχθέντων* al. — Tali autem modo quo Thucydides participia vel adjectiva neutrius generis, subjecto non adposito, adhibere solet, et ita quidem, ut etiam constructionem illam genitivi absoluti quam appellare solemus, frequentet, velut: I, 7, 1. *πλωϊμωτέρων ὄντων* aut *πλωϊμώτερα ἐγένετο* II, 56, 1. *ἐπεὶ ἑτοῖμα ἦν*

IV, 20, 2: *ἔτι ἀκρίτων ὄντων*. et absolute *ἐξὸν*, *παρασχὸν*, *εἰρημένον* (I, 125, 1. IV, 125, 2. VII, 25, 9) et III, 33, 3 *ἐν καταλήψει ἐφαίνετο* al, nonnulla apud Antiphontem dicta sunt: V, 6: *τὰ ἐν ἀδήλῳ ἔτι ὄντα*. VI, 16 *ἱκανὰ ἦν ὑπομνῆσαι*. III β 7: *οὔτε γὰρ ἀπειρημένον ἀλλὰ προστεταγμένον*.

Sed jam ad tractandum illud pervenimus, quod termino technico, ut verbo venia sit, oratio variata solet appellari; cohaeret hoc quidem cum eo, de quo jam mentio facta est, studio antiquioris temporis scriptorum, quo commoti magis sententiam quam formam orationis respiciebant. In hac vero re *τὸ πολυειδὲς τῶν σχηματισμῶν* praecipue locum habuisse apparet ex rerum natura, quamquam etiam hic iterum Antiphonti non idem quod Thucydidi licuisse videmus. Omnia fere hujus generis exempla ex cogitandi acie emanare ex eo intelligitur, quod scriptores antiquiorum temporum id praesertim agebant, ut singulis verbis sua cuique vis tribueretur, id quod momentum etiam afferebat, quonam loco singula verba in enuntiatis essent ponenda. Liceat nonnulla hujus rei exempla in medium proferre. Antiphon dicit II γ 2: *οἱ ἀποκτείναντες αὐτοὺς* (i. e. dominum et servum) *ἀπολιπόντες*, *οἱ ἐντυχόντες ἂν αὐτῷ* (domino) *κτλ.*, quo loco numerus qui dicitur, mutatus est; idem reperimus III β 10 *ἀπολυόμενος δὲ* .., *οὐδὲ δίκαιοί ἐσμεν*; V, 22: *ἐγὼ ποιησάμενος* . . . *οὔτε κατασχόντες* . . *χρησάμενοι*, ubi reus modo de se, modo de se et comite loquitur, ita tamen ut discrimen sententiae fere nullum exstet. Cf. etiam VI, 2. 10. In verbis I, 26: *πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν ἢ αἰδοῦς λαγχάνειν κτλ.* repentina subjecti mutatio observatur; quamquam non negandum est, eam apud alios quoque scriptores et praesertim in oratorum reliquiis reperiri. Attractionis in usu casuum neglectio est I, 17 *ἔδοξεν αὐτῇ βουλευομένῃ βέλτιον εἶναι* . . *διακονούσαις*; simil. habes: II α 8. β 3. 4. δ 5. III β 2. IV γ 2. δ 1. 10. V 36. 91. — Verbum finitum non ad primam sed ad tertiam personam refertur I, 2 *ὡς καὶ ἐγὼ* . . *καὶ ἡ γραφὴ λέγει* cf. I, 20. Temporum varietas occurrit II α 8: *πάσχειν* . . . *διαφθαρῆναι*: *πάσχειν* infinitivo praesentis actio designatur, quae vel iteratur vel aliquantum temporis manet; *διαφθαρῆναι* autem infinitivus aoristi ad momentum temporis spectat. Similia sunt: II 3. 4. δ 5. IV

γ 2. δ 3. 4. V, 36. 37. 91. VI, 38. — Futurum tempus cum praesenti conjunctum est ita, ut non multum discriminis inter haec duo tempora intercedat III γ 4: *ἡ μὲν σύγκειται, ἡ δὲ λεχθήσεται.* Cf. II γ 11. VI, 4 Thucyd. IV, 10. Futuro subesse videtur haec notio, ut significet rem vel personam, de qua agitur, propensam et idoneam esse ad id efficiendum, quod verbo subest. — Transitus ex oratione obliqua in directam quae vocatur, fit VI, 17: *κελεύσειεν . . . ἠνάγκασεν . . ἔδωκεν.* Cf. I, 15. VI, 23. — In particularum usu variandi studium perspicitur I, 24: *καὶ ἐγὼ μὲν ἐπεξέρχομαι λέγων, ἵνα δῷ δίκην, οὗτος δὲ τἀναντία, ὅπως μὴ δῷ.* Cf. Thuc. I, 37. *οὐχ ἵνα μὴ . . . ἀλλ᾽ ὅπως.* IV, 68. VI, 22. — A participio transitus fit in verbum finitum V, 47: *συγχωρῶ . . παρεχόμενος μὲν . . εἰ δὲ . . εἰκὸς ἦν,* concinnius orator dixisset *εἰδὲ . . εἰκὸς ὂν.* Idem fit: V, 82: *ὅτι μὲν συναπώλεσαν . . τοῦτο δὲ κινδυνεύσαντας . . τοῦτο δὲ καταγανεῖς ἐγένοντο.* Ad haec conferenda sunt, quae Thucydides habet: III, 82, 1: *ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων . . πολεμουμένων δὲ . . . ἐγένετο.* Cf. Thuc. II, 29, 3: *Τήρης οὔτε . . ἔχων . . βασιλεύς τε . . ἐγένετο.* II, 47, 3. VII, 47, 2.

Attamen in universum non tantae sunt hujus rei apud illos proprietates, ut non ab aliis scriptoribus talia hic illic adhibeantur. Atque quod I, 4 dictum est: *πρὸς τίνας οὖν ἔλθῃ τις . . ἢ ποῖ . . ποιήσεται,* nihil habet offensionis. Nam satis magno exemplorum numero probatur orationis transitus ex conjunctivo deliberativo in futurum (cf. Eurip. Jon. 771 *εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν ἢ τί δράσομεν*); neque igitur causa est, cur optativum, quem nonnulli codices praebent, conjunctivo praeferamus vel, ut nonnulli viri censent, optativum cum *ἂν* particula conjunctum pro *ἔλθῃ* esse ponendum existimemus. Conjunctivus codicis Oxon. auctoritate satis bene firmatur. Cf. Maetz. ad h. loc. adn.

Multo autem liberius Thucydides in varianda oratione egit, ita ut jam veteres dixerint fugere eum orationis levitatem et jucunditatem atque semper videri offendere sicut viatorem in via salebrosa. Attamen haec varietas non ex quaesita quadam asperitate emanat, sed potius id dicendum est, Thucydidem eis mutationibus, quibus in usu generum, modorum, personarum

utitur, vigorem alacritatemque orationis augere. Ut ex maximo exemplorum numero nonnulla in medium proferamus dicit Thucydides I, 7, 1. τῶν δὲ πόλεων .. ὅσαι ἐκτίζοντο καὶ ... ἐλάμβανον ἐμπορίας ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος, ubi ad ἕκαστοι ex verbo πόλεις mente πολῖται verbum addendum est eodem modo, quo ναῦται ex ναῦς additur II, 83. 91. — Numeri varietas reperitur II, 81: εἰ μὴ λόγοις πείθοιεν, ἔργῳ ἐπειρῶντο. II, 41. οὐ λόγων μᾶλλον ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια. — V, 27: σπονδαὶ καὶ συμμαχία. — Optime distinguit Thucydides III, 109: Δημοσθένης μετὰ τῶν ξυστρατήγων σπένδονται ... βουλόμενος ψιλῶσαι .. ἐποιήσαντο: βουλόμενος igitur ad solum Demosthenem, qui hujus rei auctor erat, σπένδονται et ἐποιήσαντο verba ad eum et ceteros duces relata sunt. — Quod scripsit II, 68 αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος καὶ τοὺς Ἀμπρακιώτας ἠνδραπόδισαν, praesens αἱροῦσι cum vigore dictum est, id quod ipsa res poposcit, aoristo ἠνδραπόδισαν, cui vigor ille non convenit, auctor ad simplicem narrationem rediit. Omnino ex toto hoc capite variandi studium optime cognosci potest, quum Thucydides modo praesenti, modo imperfecto, modo aoristo utatur. Saepe autem imperfectum ἔστελλον, ἔπεμπον, ἔλεγεν, ἐκέλευον antecedente aut sequente aoristo tempore ita ponit ut totam actionem, et quomodo sit praeparata et quomodo perfecta, coram legentibus describat: I, 26, 1. 138, 1. III, 112, 4. IV, 114. VII, 31, 1. 4. 65, 1. VII. 20, 2. VIII, 31, 2. 64, 2. 100, 2 alin. — Cf. sunt Antiphontea illa: V, 23: τῇ ἐμῇ γνώμῃ ἐπέμπετο. 24. μηνυτὴν ἔπεμπον οὐδείς. V, 53: ἔπεμπον V, 29 τὸ πλοῖον ἐν ᾧ ἐπλέομεν, quo loco nos plusquamperfecto uti solemus. Huc spectat quoque VI, 37: πρόθυμοι ἦσαν ἀπογράφεσθαί με εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ὁ παῖς ἐθάπτετο, ubi de re jam diu perfecta Antiphon loquitur.

Quod ad modorum usum attinet, particulas finales, quae vocantur, saepissime antecedente tempore historico cum conjunctivo conjungit, quo magis sermonis gravitatem augeat: VIII, 82. ᾤχετο ἵνα δοκῇ. IV, 1. 2: ἐσβεβλήκεσαν, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσιν. Conjunctivo enim res quasi in mentes et animos eorum, qui agere dicuntur, ponitur, ita ut eorum voluntas et studium respiciatur, id quod per optativum, qui ex linguae

legibus antecedente tempore historico in enuntiatis finalibus proprie ponendus est, non exprimitur. Vix opus est alia de hoc conjunctivi usu exempla in medium proferre, quum magnus eorum numerus legentibus occurrat. I, 3 sequuntur infinitivi *εἶναι, καλεῖσθαι, παρέχεσθαι, νικῆσαι* indicativum *εἶχον* eo discrimine, ut indicativo res certa significetur, infinitivis autem scriptor res spectet, quae conjectura prababiles videntur esse. Non multum diverse ab hoc loco dicit II, 80: *λέγοντες ὅτι ἢν ἔλθωσιν . . . κρατήσουσιν . . . ἔσοιτο . . . ἐλπίδα δ' εἶναι*, in quibus verbis et ipsis discrimen factum est inter res, quas Atheniensium socii defecturi certa fiducia sperabant fore, et inter tales, quarum eventus minus certus esset. — Magis etiam hoc studium, quo ductus singula enuntiatorum membra et partes efferat et graviora reddat, in usu participiorum cernitur, de qua re ex magno numero exemplorum id solum proferre satis est, Thucydidem absoluto participio libenter uti pro relativo, velut I, 114, 1: *καὶ διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων ἠγγέλθη αὐτῷ* scripsit pro *διαβεβηκότι δ' ἤδη . . ἠγγέλθη* — II, 83, 3 *ἐπειδὴ παραπλέοντάς τε ἑώρων αὐτοὺς, παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων καὶ διαβαλλόντων . . κατεῖδον*, in quibus enuntiatis oppositio singulorum subjectorum gravior fit adhibito absoluto participio. Magis etiam offendit genetivus absolutus III, 13, 7: *βοηθησάντων ὑμῶν προςλήψεσθε;* Cf. quoque: III, 112, 6. et I, 10, 3. III, 45, 3. 55, 1. VIII, 76, 4. — Ex paucis his exemplis jam apparet, quantopere Thucydides Antiphontem et varietate et subtilitate dicendi superaverit, neque vero hoc est mirandum, propterea quod, ut jam commemoravimus, Antiphonti non licebat in orationibus audaciore et a communi dicendi modo nimis abhorrenda locutione uti, si quidem id, quod sibi proposuerat, efficere volebat; neque materia, quam tractandam sibi sumsit, tanti momenti erat, ut eadem varietate, qua Thucydides loqueretur. Unum autem hoc loco addendum est, quod duorum scriptorum est proprium. Omittunt enim particulam *ἄν* post *πρίν*, velut Antiphon I, 29: *πρὶν ἤδη ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ καὶ γιγνώσκωσι κλ*, II α 2 *οὐ πρότερον ἢ ποιήσωνται* — Thucyd. VI, 10: *πρὶν βεβαιωσώμεθα.* Cf. Th. VI, 29, 2. 38, 2. VIII, 9, 1. Thucydides etiam post *μέχρι* (I, 138, 2), *μέχρι οὗ* (III, 28, 2. IV, 16, 2) *ἄν* omisit,

et fortasse illo loco corrupto I, 72, 1 item *εἰ* omissa *ἄν* particula conjunctivo adjuncta est: *εἴ τι μὴ ἀποκωλύῃ*. Nonnullis quidem libris manuscriptis et iis non minoris momenti conjunctivus omissa *ἄν* particula praebetur, aliis *ἄν* ut videtur correctoris manu additum est. Omissa enim *ἄν* particula in enuntiatis cum *πρὶν*, *μέχρι*, *εἰ* incipientibus, qui dicendi usus tragicorum poëtarum proprium fuit, res, quae talibus enuntiatis exprimuntur, gravius exspectantur et quasi pro certo proponuntur, accedente autem *ἄν* particula conjunctivi vis limitatur, ita ut certa et firma exspectatio non exstet.

Neque autem minus hoc loco de verborum collocatione nobis disserendum est: in qua Antiphontem videmus minus a consueta dicendi et verba collocandi consuetudine recedentem, quum contra Thucydides tantam sibi sumserit licentiam, quantam vix poëtis licebat sibi sumere. At ne in hac quidem re suo obsecutus est arbitrio, sed hac a communi verborum recedenti collocatione utitur, qua singula membra magis premat et sententias quam maxima cura efferat. In universum igitur dicendum est, Antiphontem satis constantem et aequalem verborum ordinem servare. Nonnulla tamen, in quibus ejus verborum collocatio cum Thucydidea congruat, ostendi possunt. Nam illud, quod proprium esse Thucydidis constat, ut caput rei in initio totius enuntiati ponat et maxime toti enuntiato accusativum praemittat, apud Antiphontem item videmus occurrere. Cf. exempl. Thucyd. I, 32, 5: *τὴν μὲν ναυμαχίαν* . . *αὐτοὶ ἀπεωσάμεθα τοὺς Κορινθίους*, quo loco accusativus praepositus *τὴν ναυμαχίαν* fere sine ulla conjunctione sive relatione, ut ita dicam, enuntiato adjungitur. Cf. I, 33, 3. 73, 2. 86, 2. 142, 2. II, 62, 1. III, 15, 1 al. Quae eadem ratio observatur in aliis verbis, quas Thucydides in initio totius enuntiati posuit, velut I, 19, 1: *κατ᾽ ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδείως, ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες*, in quibus verbis *κατ᾽ ὀλιγαρχίαν κτλ.* ad verba *ὅπως πολιτεύσωσιν* spectat. Ejusdem generis exempla apud Antiphontem leguntur haecce: II β 6: . . . . *τοὺς δὲ μὴ πολὺ ἧσσον ἐμοῦ μισοῦντας αὐτὸν* . . . . *πῶς οὐκ εἰκὸς ἦν διαφθεῖραι αὐτόν*. — II, γ 8: *περὶ γὰρ τῆς εὐδαιμονίας τρέμων, μὴ ἀποστερηθῇ κτλ.* V, 85: *ὧν δὲ ἔχω τὴν αἰτίαν, ἀγών μοι νόμιμος*

ὑπολείπεται, quod Maetznerus ita interpretatur: „Quod ad res ipsas attinet, quae mihi crimini dantur, legitimum mihi certamen relinquitur.“ Cf. V, 86: *τῆς μὲν ἐπιβουλῆς . . οὐδένα κοινωνὸν ποιήσασθαι τοῦ θανάτου.* — II δ 9: *περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, ἧς ἕνεκα τρέμοντά μέ φασιν εἰκότως ἀποκτεῖναι αὐτὸν, πολὺ τἀναντία ἐστίν.* VI, 2: *καὶ τοὺς μὲν νόμους . . . . πάντες ἂν ἐπαινέσειαν κάλλιστα νόμον κεῖσθαι καὶ ὁσιώτατα. τοὺς νόμους μαθεῖν εἰ καλῶς ἔχουσιν — τοὺς λόγους εἰ διδάσκουσιν.* Cf. I, 5. V, 58. VI, 10. 41. Afferam quoque locum V, 11: *ἵνα τοῦτο μὲν οἱ δικασταὶ . . . τοῦτο δὲ ὁ διώκων ἵνα μὴ ὁμωρόφιος γίνεται* . Consulto enim Antiphon hoc loco fugit, quem exspectaveris, verborum ordinem, quum in verbo, quod maximi momenti est, *ὁ διώκων,* primum locum in sententia opposita assignaverit. Cf. Thuc. VIII, 108, 1. — Neque desunt exempla, in quibus Antiphon eodem modo ac Thucydides genitivum objectivum, qui dicitur, alteri ei vocabulo, a quo pendet, praeponat. Cf. Thucyd. I, 32, 2: *μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως* — I, 65, 3 *μετὰ τῆς Ποτιδαίας τὴν ἀποτείχισιν* — III, 95, 2 *διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν.* Eodem spectat, quod habet I, 84, 5 *τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας;* cf. IV, 27, 2, Cum his Antiphontea conferenda sunt haec: II β 3 *διὰ τῆς ἔχθρας τὸ μέγεθος* I, 5 *τοῦ τεθνεῶτος τὴν τιμωρίαν ἀφεῖναι.* I, 13 *τῶν πραχθέντων τὴν σαφήνειαν.* IV α 6 *τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις* — IV, 20 *τῆς γνώμης τοῖς ἀντιδίκοις.* — Addendum etiam est, quod conjunctio illa, quae vocatur, saepe apud duos hos scriptores frequentata est; consistit enim in eo, ut vocabulum, quod ad duas alicujus enuntiati partes pertinet, in medium eorum ponatur, velut: Thucyd.: I, 69, 3 *ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσι,* et eodem capite: *ἀεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπετέρους ξυμμάχους* et al. ej. modi. Item igitur Antiphon dicit VI, 31 *τούτους μὲν αὐτοὺς ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχόμενος καὶ ὑπ' ἐμοῦ,* quo loco *ἐξελεγχόμενος* et ad *ὑπὸ σφῶν αὐτῶν* et ad *ὑπ' ἐμοῦ* spectat sicut in exemplo Thucydideo *ἐλευθερίας* verbum ad *δεδουλωμένους* et *ξομμάχους.* Cf. I, 21: *ἐγὼ μὲν τῷ τεθνεῶτι ‖ ὑμᾶς κελεύω ‖ καὶ τῷ ἀδικημένῳ κτλ.* V, 55: *οὔτε ἐν τῇ γῇ ‖ ση-*

μεῖον οὐδὲ αἷμα ἐφάνη || *οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ.* Alia exempla habes: I, 2. 22. V, 6. 7. 51. 92. VI, 7. 8. 32. III β 1. — Praepositionis *ἕνεκα*, ut hoc statim addamus, collocationem in Thucydidis scriptis eam esse, ut, quum ad duas voces spectet, inter eas locum teneat, omnibus notum est: cf. exempl. gratia I, 5, 1: *κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς* — I, 7, 1. 39, 3. 41, 3. 57, 4. 73, 3 al. Idem apud Antiphontem observare licet, quum scribat VI, 3: *τῶν θεῶν ἕνεκα καὶ τοῦ εὐσεβοῦς.* VI, 6: *τῆς εὐσεβείας ἕνεκα καὶ τοῦ δικαίου — διαβολῆς ἕνεκα καὶ ἀπάτης.* cf. VI, 10. 23. 46 al.

Hyperbata perpauca occurrunt in Antiphontis scriptis, quum contra apud Thucydidem innumeros locos reperiri constet, in quibus verborum trajectione utatur. Ut nonnulla afferamus, Antiphon dicit I, 3: *καὶ μὴ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσα τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην*, quo loco Lehnerus vir doctus verba *ἐπ' αὐτοφώρῳ* ante *τὸν θάνατον* esse ponenda censet; sed causa non exstet, cur hoc faciamus, praesertim quum haec quam protulimus lectio a codicibus praebeatur. — I, 6: *προθυμηθῆναι, ὅπως . . . ἢ ἀληθὲς ἐξελθεῖν.* II α 2: *γιγνώσκοντας οὖν ὑμᾶς χρὴ ταῦτα.* II α 9: *τὰ μὲν βιασάματα ταῦτά ἐστιν ἀσεβῆσαι αὐτόν*, ubi *αὐτὸν* quadam cum vi sub fine positum est. — Cf. II δ 9. III γ 10. IV α 1. V, 22. 86. Verba quae leguntur V, 81: *τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν σημείοις γενομένοις* comparari possunt cum Thucydideis I, 90: *τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην.* et II, 18: *ἥ τε ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιμονὴ γενομένη.* Cf. III, 67. V, 5. — Porro illa, quae apud Thucydidem saepissime observatur, particulae *τε* trajectio etiam nonnullis locis Antiphonteis reperitur: IV α 2: *ὅ τε γὰρ θεὸς τοὺς πρώτους γενομένους ἔφυσεν ἡμῶν, τροφέας τε παρέδωκε.* quo loco *τε* post *ὁ* articulum positum respondet alteri *τε* in *τροφέας τε παρέδωκε.* — VI, 31: *τούτους μὲν αὐτούς τε ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχόμενος καὶ ὑπ' ἐμοῦ*, ubi *τε* particula proprie post verba *ὑπὸ σφῶν αὐτῶν* erat collocanda. Ex Thucydidis libris sufficiat afferre hoc solum exemplum. V, 11: *νομίσαντες τὸν μὲν Βρασίδαν σωτῆρά τε σφῶν γεγενῆσθαι καὶ θεραπεύοντες* . . Alia habes: IV,

52, 1. V, 28, 2. 29, 3. 44, 1. VI, 61, 5. — De articuli qui vocatur collocatione in verborum ordine ut loquamur, Thucydidem constat saepe substantivo, quod cum articulo non conjunctum est, adjectivum praemisso articulo adjungere, velut I, 1: *παρασκευῇ τῇ πάσῃ*, qua collocatione adjectivi vis et notio magis premitur. Cf. alia ejusd. generis: I, 15, 2. 25, 4. 33, 3. 67, 3. II, 17, 8. VIII, 104, 3. Quamquam autem haec substantivi cum adjectivo conjunctio apud Antiphontem quoque demonstratur (cf. I, 23: *μητρὸς τῆς αὑτοῦ ζώσης . . ὑπὲρ πατρὸς τοὐμοῦ τεθνεῶτος — μητρὸς τῆς . . . διαχρησαμένης* . V, 11 *γένει καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ* al.), tamen non usitata est. Magis enim iteratio articuli observatur ea ratione, ut substantivum praemisso articulo cum adjectivo, cui et ipsi articulus praefixus est, conjungat. Maxime hoc cernitur in pronominum possessivorum cum substantivis conjunctione, multo enim pluribus locis pronomen iterato articulo substantivo postpositum reperitur, quam medium locum tenens inter articulum et substantivum. Exempla spectes haecce: V, 8 *περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἐμοῦ — τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον.* — 18: *τοὺς φίλους προθυμοτέρους ἔχειν τοὺς ἐμαυτοῦ.* — 19: *τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων.* Cf. in hac quinta oratione exempla: §§ 34, 38, 39 bis, 47, 61, 63. 49. 59. 70. 85. 88; ex aliis orationibus nonnulla afferam: I, 21. 24. 29. I, 3. 9. 16. 28. II *α* 1. VI, 9. 28. 34. — Exemplorum contra, in quibus adjectivum vel pronomen ante substantivum collocatum reperiantur, non tam multa exstant; ex oratione quinta solum haec habes: § 23 *τῇ ἐμῇ γνώμῃ* . V, 41: *διὰ τὴν ἐμὴν σπουδήν.* V, 68, 73. 74. 79. 80. 96. In oratione sexta VI, 10. 39. 41. 42. — Atque sicut Thucydides saepe adverbium, ut ejus notionem et significationem premat, in totius enuntiati fine ponit (cf. I, 28, 3: . . . *αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι ἔφασαν . . φίλους ποιεῖσθαι οὓς οὐ βούλονται, ... ὠφελίας ἕνεκα*), ita Antiphon et adverbia et participia, quae magni momenti sunt, in fine collocare solet, velut V, 13: *αὐτὸς σαυτῷ νόμον θέμενος* — V, 24: *ἔπεμπον εἰδώς* — 75: *κακῶς ἀκούοντα ἐν ὑμῖν ἀδίκως* — Cf. V, 16. 34. II *β* 3. Alia quoque verba, quorum vim et gravitatem eminentiores reddere studet, ita collocare eum videmus, sicut Thucydidem et ipsum. Cf. V, 9: *πρῶτον μὲν κακοῦργος*

ἐνδεδειγμένος . . φεύγω, ὃ οὐδεὶς πώποτ᾿ ἔπαθε τῶν ἐν τῇ ταύτῃ — idem occurrit VI, 12. V, 13 εἰσελθεῖν εἰς τὴν γῆν ταύτην. VI, 7 ζημιῶσαι καὶ ἐξελάσαι ἐκ τῆς γῆς ταύτης. VI, 33. ὅτι οὐδέν μοι προσήκει τῆς αἰτίας ταύτης . . τῆς δίκης ἕνεκα ταυτησί. I, 11: γράψας ἐν γραμματείῳ ἃ ἐπαιτιῶμαι τὴν γυναῖκα ταύτην. V, 18: ὄνειδος περιέθεσαν . . εἰς τὸν βίον ἅπαντα. Sed haec de verborum collocatione sufficiant.

Multo minus autem apud Antiphontem coacervationem vocabulorum et enuntiatorum reperiri, qua quidem in Thucydidis libris saepe nota illa obscuritas et durities sermonis efficitur, facile est intellectu. Nam ne talia evaderent, oratori imprimis cavendum erat. Apud Thucydidem contra ex vocabulorum et enuntiatorum sententiarumque ubertate emanat inaequalitas structurae, quae interdum eo progreditur, ut anacoluthiae enascantur. Tantum enim abest, ut Thucydides inceptam enuntiati structuram semper secundum grammaticas et linguae leges usque ad finem perducat, ut contra saepe eam omittat et verbis alio modo consertis finem faciat enuntiati, qui prorsus non respondeat iis quae antecedunt. Cujus generis exemplorum magnus promi potest numerus. Velut statim in initio totius operis illud πολυειδὲς τῶν σχημάτων cernitur cap. 2: τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ᾿ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, quo loco relativa participii structura absolutam sequitur. In verbis I, 73 ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκώμεθα et subjectum et genus et modus verbi mutata sunt. Cf. III, 68, 1. VI, 68, 3. Talia apud posteriorum temporum scriptores, quippe qui summa aequalitate singula enuntiatorum membra formaverint, raro reperiuntur neque Antiphon tanta orationis varietate gaudet; quamquam in his locis nondum plana structurae omissio et neglectio occurrit. Anacoluthiae autem jam potest illa periodus, quum participiorum copia obscuretur perspicuitas, haberi, quae in libri I, cap. 9 legitur: λέγουσι Πέλοπά τε πρῶτον . . . δύναμιν περιποιησάμενον . . . ἐπηλύτην ὄντα . . . ὅμως σχεῖν, καὶ τοῖς ἐκγόνοις . . . συνενεχθῆναι, Εὐρυσθέως μὲν ἀποθανόντος . . Ἀτρέως δὲ . . ὄντος, καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως . . Ἀτρεῖ· τυγχάνειν δὲ αὐτὸν φεύγοντα, in qua periodo verbis τυγχάνειν δὲ

αὐτὸν structura participiorum, quae in prioribus enuntiatis adhibita est, omittitur. Idem perspicitur VI, 18, 4: *ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα τε στορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑπεριδόντες πλεῦσαι· καὶ ἅμα κτλ.*, quo loco enuntiati constructio *ἵνα* particula incepta verbis *καὶ ἅμα* relinquitur. Alia ejusdem generis vide IV, 108, 1. 120, 2. V, 53, 1. VI, 6, 2—3. 33, 1. VII, 47, 1 al. Antiphontis vero artem multo simpliciorem esse jam ex eo intelligitur, quod pauca anacoluthiae exempla in ejus orationibus reperiuntur. Sunt enim haecce V, 46: *ὃ δὲ καὶ μάλιστα δεῖ ἐνθυμεῖσθαι — καὶ μὴ ἄχθεσθέ μοι, ἂν . . . διδάξω . μέγας γὰρ ὁ κίνδυνός ἐστιν . .* infra resumitur oratio verbis: *μὴ οὖν ἐξέληται . .* V, 93: *νῦν δὲ πιστεύων τῷ δικαίῳ, οὗ πλέονος οὐδέν ἐστιν ἀνδρὶ . . συνειδότι . . ἠσεβηκότι· ἐν γὰρ τῷ κτλ.* instaurat autem orator structuram infra § 94: *ἐγὼ δὲ ἐμαυτῷ ξυνειδὼς ἥκω.* Similia habes V, 11. VI, 45. — Variandi autem studium ex loco V, 82 perspicitur, qui quidem, quum Thucydideo fere modo formatus sit, variatam et parum concinnam structuram praebet: *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἐπίστασθαι ὅτι πολλοὶ ἄνθρωποι μὴ . . . ἔχοντες συνεισβάντες εἰς τὸ πλοῖον συναπώλεσαν . . ., τοῦτο δ' ἤδη απολομένους μὲν οὔ, κινδυνεύσαντας δὲ· τοῦτο δὲ παραστάντες . . . ἐγένοντο κτλ.* Initio igitur verbo *ἐπίστασθαι* subjungitur *ὅτι* cum tempore finito, post infertur participium, postremo sermo in liberam exit orationem. Pauca sunt hujus generis apud Antiphontem exempla, Thucydides contra tantopere sermonis varietate gaudet, ut veteres eum asperitati orationis et obscuritati operam dedisse contenderint; quod quidem recte se habet, quatenus Thucydides, quum sententias magis premere et eminentiores reddere studuerit, formam orationis neglexit. Nam ex altera parte etiam Thucydides, si causa sententiarum premendarum non exstabat, aequalem et pariter formatam membrorum et enuntiatorum structuram petiit, qua in re summa ei cum Antiphonte intercessit similitudo. Cernitur enim hoc in adhibendis illis elocutionis figuris, quae etsi minus ad austeram et variatam dicendi rationem quadrare videntur, ut recte Dionysius sensit, tamen ab his duobus scriptoribus, quum hac in re temporum consuetudini obsequerentur, saepissime frequentatae sunt. Qua in dicendi ratione Antiphon

Thucydidem valde superavit, quum effectus causa in argumentatione talia adhibuerit. Ut statim hoc loco exempla enumeremus, quamquam in tertia parte commentationis nostrae, ubi de periodis ipsis accuratius nobis tractandum est, ad has figuras redimus, isocolon, quod dicitur, habemus I, 4: *οὗτοι τοῦ μὲν τεθνεῶτος φονεῖς γεγένηνται, ἐμοὶ δὲ ἀντίδικοι καθεστᾶσιν;* cf. IV δ 7: *τῷ μὲν γὰρ ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα ἐπιτίμια ἐπίκειται, τῷ δὲ ἀμυνομένῳ οὐδαμοῦ οὐδὲν ἐπιτίμιον γέγραπται*. cf. etiam V, 2. VI, 17. VI, 46. — Loci, qui exstant V, 2: *ἀπειρίᾳ μᾶλλον ἢ ἀδικίᾳ* et V, 91: *ἀδίκως ἀπολῦσαι* . . *δικαίως ἀπολέσαι* parecheseos exempla praebent. cf. similia V, 79. VI, 10. 47. II γ 5. Parison et homoeoteleuton, quae vocantur reperies V, § 2: *οὗ μὲν γάρ με ἔδει κακοπαθεῖν τῷ σώματι μετὰ τῆς αἰτίας τῆς οὐ προσηκούσης, ἐνταυθοῖ οὐδέν με ὠφέλησεν ἡ ἐμπειρία· οὗ δέ με δεῖ σωθῆναι μετὰ τῆς ἀληθείας εἰπόντα τὰ γενόμενα, ἐν τούτῳ με βλάπτει ἡ τοῦ λέγειν ἀδυναμία.* Maxime haec enuntiata formandi aequalitas reperitur in enuntiatis *τοῦτο μὲν* . . *τοῦτο δὲ* sibi oppositis; saepe ita enuntiatorum membra opposuit Antiphon, et in hac re quoque vestigium antiqui generis dicendi esse, recte a viris doctis existimatum est. Cf. talia V, 50. 52. 53. 54. 69 al. Praecipue hoc in genere excellit locus VI, 17 *καὶ εἴ φασιν ἀδικεῖν εἴ τις ἐκέλευσεν, ἐγὼ οὐκ ἀδικῶ. οὐ γὰρ ἐκέλευσα· καὶ εἴ φασιν ἀδικεῖν εἴ τις ἠνάγκασεν, ἐγὼ οὐκ ἀδικῶ· οὐ γὰρ ἠνάγκασα· καὶ εἰ τὸν δόντα τὸ φάρμακόν φασιν αἴτιον εἶναι, ἐγὼ οὐκ αἴτιος· οὐ γὰρ ἔδωκα.* Comparentur cum his ea, quae apud Thucydidem leguntur IV, 61, 8: *Καὶ οὕτως οὐ πόλεμος πολέμῳ, εἰρήνη δὲ διαφορὰ ἀπραγμόνως παύονται, οἵ τε ἐπίκλητοι εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασιν;* est igitur hic locus et isocoli et parecheseos exemplum, atque reperitur et chiasmus (*πόλεμος πολέμῳ* . . *εἰρήνη διαφορὰ*) et symmetrica verborum oppositio (*εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες* . . *εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασιν*). Homoeoteleuton et parison praebetur loco I, 69, 6 *αἰτία μὲν γὰρ ἀνδρῶν ἐστιν ἁμαρτανόντων, κατηγορία δὲ ἐχθρῶν ἀδικησάντων*. Cf. II, 62, 3 et 4. *μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι*. — III, 82, 5: *ἐπιβουλεύσας* . . *ἔτι δεινότερος, προβουλεύσας δὲ* . . *ἐκπεπληγ-*

μένος. — I, 144, 4: *γνώμῃ τε πλείονι ἢ τύχῃ, καὶ τόλμῃ μείζονι ἢ δυνάμει.* VII, 34, 7: *οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν, εἰ μὴ καὶ πολὺ ἐκρατοῦντο, οἵ τε Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι, ὅτι οὐ πολὺ ἐνίκων.* Sed hoc mittamus.

CAPUT III.

Transeamus igitur ad tertiam partem commentationis, qua ea tractare nobis proposueramus, quae ad compositionem orationis pertinent. Dionysius jam austeri generis dicendi proprium esse (de Demosthene cap. 38. 39 p. 1070 B.) dicit, ut *ὀνόμασι χρῆσθαι μεγάλοις καὶ μακροσυλλάβοις* studeat, et quum gra vitatis sublimitatisque studio singula verba per se quodque collocet, neque hiatum evitet neqne ingratum duarum litterarum concursum. In compositione autem enuntiatorum, pergit Dionysius, gaudere hujus generis scriptores non humilibus aut mollibus ignobilisque numeris (*τοὺς ῥυθμοὺς . . μὴ ταπεινοὺς μηδὲ μαλθακοὺς μηδ' ἀγενεῖς εἶναι*), sed sublimibus et virilibus et splendidis (*ὑψηλοὺς δὲ καὶ ἀνδρώδεις καὶ μεγαλοπρεπεῖς*). In universum autem dicit: *οὐδ' ἀσπάζεται τὸ ἐμπερίοδον ἥδε ἡ σύνθεσις ὡς τὰ πολλά· ἀποιήτως δέ πως καὶ ἀφελῶς καὶ τὰ πλείω κομματικῶς κατεσκευάσθαι βούλεται, παράδειγμα ποιουμένη τὴν ἀκατάσκευον φύσιν εἰ δέ ποτ' ἀκολουθήσειεν ἀνεπιτοθεμένοις κώλοις ἢ περιόδοις ἢ βάσεσιν εὐρύθμοις, τὸ συμβὰν ἐκ τῆς αὐτομάτου τύχης, οὐκ ἀπωθεῖται.* — Tota hac descriptione imprimis Thucydidis librorum rationem haberi jam ex hoc loco ipso apparet, quo Dionysius Thucydidem nomine commemorat tamquam hujus generis scriptorem, et ex ejus libris exempli gratia locum affert, quo suam sententiam probet. Sed etiam Antiphontem huic compositioni operam navasse, hoc loco videbimus. Etsi enim nobis concedendum est, pro parva ejus orationum materia magis ad simplicem dicendi rationem eum appropinquasse, tamen etiam apud eum illud *τραχὺ τῆς ἁρμονίας,* quod Thucydidis propium esse Dionysius recte contendit, cerni potest. Ut statim ad exempla spectanda transeamus, Antiphon, si singula enuntiatorum membra componit, hiatus prorsus non evitat, id quod innumeris locis probatur. Velut primam, quae

in editionibus perhibetur, orationem statim incipit hoc modo: *Νέος μὲν καὶ ἄπειρος δικῶν ἔγωγε ἔτι, δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν εἰ ἐπισκήψαντος τοῦ πατρὸς ἐπεξελθεῖν τοῖς αὐτοῦ φονεῦσι μὴ ἐπέξειμι, τοῦτο δὲ εἰ ἐπεξιόντι ἀναγκαίως ἔχει οἷς ἥκιστα ἐχρῆν ἐν διαφορᾷ ἀδελφοῖς ὁμοπατρίοις καὶ μητρὶ ἀδελφῶν;* tredecim igitur hic observantur hiatus, quorum nonnullos optime potuisset orator evitare, velut si *ἔτι* particulam post *ἄπειρος* aut *χρῆν* pro *ἐχρῆν* scripsisset; neque elisionem quidem in verborum *δὲ εἰ ἐπεξιόντι ἀναγκαίως* collocatione adhibuit, ut *δ' εἰ ἐπ' ἀν.* scriberet, praesertim quum hic tres hiatus se excipiant. Cf. I, 7: *ὅπου δὲ μὴ ἠθέλησε ποιήσασθαι ἔλεγχον . . ἐγχωρεῖ αὐτῷ* · I, 8 quatuor hiatus deinceps sequuntur: *βασάνου εὖ ᾔδει ὅτι οὐχ.* — II β 2 *τοῦ οἴκου ἐγένετο ἀποθανών.* II β 3 *εἴ τινα ἔγνω ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ.* V, 7 *ἡ μὲν οὖν αἴτησις, ὦ ἄνδρες, καὶ νομίμως καὶ ὁσίως ἔχουσα καὶ ἐν τῷ ὑμετέρῳ δικαίῳ οὐχ ἧσσον ἢ ἐν τῷ ἐμῷ* . . al. multa. Videmus igitur jam ex his paucis locis, quibus innumeros addere possumus, Antiphontem singulas voces per se pronuntiasse, ita ut sua cuique vis tribueretur, id quod proprum fuisse austeri illius generis Dionysius jam contenderat. Gravitas autem et asperitas dicendi paribus vocalibus aut syllabis in fine vocabulorum cumulatis efficitur velut V, 8: *ὡς παρανομώτατα καὶ βιαιότατα εἰς τόνδε τὸν ἀγῶνα καθέστηκα,* quae vocalis a iteratio aures offendit. Cf.: V, 9: *οὕτως εἴς γε ταύτην τὴν ἀπαγωγὴν νομιμωτάτην καὶ δικαιοτάτην.* III β 8: *συνηδομένων μὲν οὐδὲ συνεθελόντων ἡμῶν, συναλγούντων δὲ καὶ συλλυπουμένων.* VI, 19: *ἐναντίον πολλῶν μαρτύρων καὶ ἀνδρῶν καὶ παίδων καὶ ἐλευθέρων καὶ δούλων,* in quibus omnibus locis molestiae et asperitatis quid inest. In fine autem enuntiatorum, quo longorum syllaborum pondus sententiarum gravitati optime convenit, saepissime vocabula in longas syllabas exeuntia reperimus, velut: V, 51: *ἀμφοῖν τοῖν ἀνδροῖν τοῖν βασανισθέντοιν* — 48 *κατὰ νόμους ὑμετέρους πατρίους* — V, 49: *τοῖν λόγοιν τοῖν ἀνδροῖν ἑκατέροιν τοῖν βασανισθέντοιν.* II α 6: *γραφὰς πολλὰς καὶ μεγάλας διώξας.* II δ 10: *πάντων δὲ τῶν κατηγορηθέντων ἀπίστων ἐλεγχθέντων.* Cf. II β 13. II γ 2. 9. V, 33. VI, 49.

Etiam magis apud Thucydidem haec dicendi et componendi gravitas asperitasque perspicitur, qua durarum consonantium concursum et hiatus non fugit. Dionysius ipse exempli gratia initium libri I contemplatur: *Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων* (in quibus paucis verbis jam aures offendunt; concurrunt enim *σ* et *ξ*, *ν* et *π*, *ν* et *τ* litterae consonantes; hiatum autem, qui inter *καὶ* et *Ἀθηναίων* vocabula est, facile evitare poterat aut mutata collocatione nominum *Πελοπονν.* et *Ἀθην.* aut intermisso articulo *καὶ τῶν Ἀθηναίων*). Cf. I, 23, 2: *εἴσι δὲ αἳ καὶ οἰκήτορας μετέβαλλον.* 23, 3: *καὶ ἰσχυρότατοι οἱ αὐτοὶ . . .* — *ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι* etc. ubi articuli omissione hiatus effecti sunt. Articulum enim, quum ei apud Antiphontem et Thucydidem magis etiam demonstrativa vis et notio subsit quam apud posteriores scriptores, saepe hi duo auctores omittunt, praecipue quum duae notiones, quarum priori articulus praepositus est, conjunguntur. Cf. Antiph. II *γ* 6: *τὸ μὲν γὰρ ἁλῶναι καὶ ἀποφυγεῖν*, al. Et ut Thucydidem et Antiphontem in adhibendo articulo parcos fuisse constat, ita totum archaicum genus *ἄναρθρον* fuisse contendit Dionysius (de Dem. cap. 39 p. 1073 R.) Cf. Ant. I, 17. IV, 47. Thuc. I, 51, 4. VI, 55, 1. VII, 41, 2. 50, 1. al.

Majoris autem momenti est periodorum compositio, in qua et illud *τραχὺ τῆς ἁρμονίας* et illa artificiosa enuntiatorum componendorum ars observari potest, de qua jam supra mentio facta est. Quam artem ingenii Attici et acuminis propriam fuisse O. Muellerus vir doctissimus rectissime contendit, etsi ea ab austero dicendi genere proprie abhorret. Jam supra commemoratum est, Antiphontem et Thucydidem, ut O. Muellerus sagaciter ostendit, inter *λέξιν εἰρομένην*, quae vocatur, et *λέξιν κατεστραμμένην* medium locum tenere. Itaque apud eos et ejus generis, quod singulas res nude annectit (quo in genere neque finem neque initium enuntiatorum conexus habere neque certis finibus concludi neque tamquam unum et in se undique consociatum corpus esse videtur, sed ad infinitum, quatenus quidem rerum gestarum ambitus inter se cohaerens porrigitur, extendi potest) et periodici, ut ita dicam. generis (quod in certa quadam et accurata descriptione consistit et, quum id

facile amplecti possimus, auribus jucundum et gratum apparet) satis magnum exemplorum numerum reperimus. In priore igitur illo genere, cui praesertim illa enuntiatorum compositio adscribenda est, qua antecedentis aetatis scriptores velut Herodotus utebantur, id locum habet, quod O. Muellerus praecipue de Thucydidis enuntiatorum formatione profert, quum de duabus rationibus periodorum formandarum loquitur. Distinguit enim inter periodum descendentem, ut hoc modo dicere liceat, et periodum ascendentem, quarum prior ad *λέξιν εἰρομένην* spectat, quanquam interdum ad periodi rationem prope accedit, altera jam periodi specimen praebet. In periodo descendenti statim primariae sententiae prodeunt, sequentibus autem membris dissertius explicantur et evolvuntur, dum omnia, quae cum primaria sententia cohaerent, annexa sunt: in qua singulorum enuntiatorum annexione frequens particulae γὰρ usus observatur. Sed haec periodorum compositio, quippe quae satis magnum ambitum secum ferat, minus numerose cadens et quasi rotunda verborum conjunctio dici potest, quum enuntiata non quasi uno corpore comprehensae sint. Apparet enim ea magis quasi sententiarum coacervatio, quae ad scriptoris arbitrium potest extendi, prout aliae sententiae, quae cum summa rei aliquo modo cohaerent, accedant. Propter sententiarum autem coacervationem saepe obscuritates exsistere facile intelligitur.

Altera autem componendi ratio, cui nomen periodo ascendenti dare solemus, ita comparata est, ut omnibus praemissis, quibus aut causa summae rei continetur aut exponitur, quomodo praeparetur et ex singulis rebus evolvatur, ipsa sententia primaria in fine sequatur. Quae duae componendi rationes, quamquam praecipue ex Thucydidis libris promuntur, tamen apud Antiphontem quoque ostendi possunt.

Ex altera autem parte communis earum est architectonica orationis structura in iis enuntiatis adhibita, in quibus sententiae non subjunctae sed conjunctae aut oppositae apparent; et hac quidem ratione composita enuntiata apud utrumque, in primis apud Antiphontem optime exculta et in omnibus partibus magna arte elaborata sunt. Quamquam non negandum est, in hac dicendi ratione magnum fuisse periculum, ne modum excederent ita ut artificiositatem orationis magis affectasse quam

diligentiam subtilitatemque notionum sententiarumque distinguendarum viderentur petiisse. In eis autem periodis, in quibus singula membra sibi responderant, figuras illas elocutionis, de quibus supra jam mentio facta est, maxime locum habere, in rerum natura est, quum in iis maxime oppositio notionum et sententiarum observetur. At contra in apta hac et respondenti membrorum conjunctione non minus interdum sermonis inaequalitas et asperitas elucet, quam in aliorum enuntiatorum ambitu; qua in re et ipsa *τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας* perspicitur.

Quibus in universum praemissis jam ad exempla contemplanda accedamus. Genus igitur dicendi, cui logographi, qui dicuntur, operam dederunt, et apud Thucydidem et apud Antiphontem exemplis demonstrari potest, et maxime quidem Antiphon in ea orationis parte, quam narrationem appellare solemus, hac componendi arte utitur. Ita enim Antiphon in narratione orationis I, quum singula membra nude annectit, ne *μὲν* et δὲ particulis quidem usus est, ut singulorum enuntiatorum inter se relationem efficiat. Dicit igitur I, § 14 sq.: *ὑπερῷόν τ᾽ ἦν τῆς ἡμετέρας οἰκίας, ὃ εἶχε Φιλόνεως ὁπότ᾽ ἐν ἄστει διατρίβοι, ἀνὴρ καλός τε κἀγαθὸς καὶ φίλος τῷ ὑμετέρῳ πατρί. καὶ ἦν αὐτῷ παλλακή, ἣν ὁ Φιλόνεως ἐπὶ πορνεῖον ἔμελλε καταστῆσαι. ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποιήσατο φίλην. αἰσθομένη δ᾽ ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω, μεταπέμπεται, καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν, ἔλεξεν αὐτῇ ὅτι καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου. κτλ.* In his verbis singula membra nude conjuncta sunt, ita ut periodus proprio et eo vero sensu non possit adspici. Accedit etiam quod in tertio membro, quod incipit verbis *αἰσθομένη δ᾽ ὅτι* . . subjecta non bene distincta sunt, quod cum hac simplici componendi et narrandi arte cohaerere videtur; *αἰσθομένη* spectat ad matrem, quae accusatur, *ἔμελλεν* ad *παλλακήν*, *μεταπέμπεται* verbi subjectum est mater, *ἦλθεν* pertinet ad *παλλακήν*; simplex autem enuntiatorum compositio impedit, quominus sententiae obscuritas evadat. Cf. V, 20: *ἐγὼ δὲ τὸν μὲν πλοῦν ἐποιησάμην ἐκ τῆς Μιτυλήνης, ὦ ἄνδρες, ἐν τῷ πλοίῳ πλέων, ᾧ Ἡρώδης οὗτος, ὅν φασιν ὑπ᾽ ἐμοῦ ἀποθανεῖν· ἐπλέομεν δὲ εἰς τὸν Αἶνον, ἐγὼ μὲν ὡς τὸν πατέρα (ἐτύγχανε γὰρ ἐκεῖ ὢν τότε), ὁ δ᾽ Ἡρώδης ἀν-*

δράποδα Θρᾳξὶν ἀνθρώποις ἀπολύσων. In hoc igitur enuntiato solum ultima verba ἐγὼ μὲν ὡς τὸν πατέρα opponuntur verbis ὁ δὲ Ἡρῴδης, ceterorum autem membrorum relatio prorsus non exstat, quum verba ἐπλέομεν εἰς τὸν Αἶνον non opposita sint verbis ἐγὼ τὸν μὲν πλοῦν ἐποιησάμην, sed prorsus membro, quod sibi respondeat, careant. Omnino hoc loco monendum est, asperitatem et inaequalitatem compositionis Antiphonteae saepissime id ferre, ut singula membra sibi non respondeant, ita ut et in priore enuntiati membro μὲν particula exstet, quam δὲ in altero non sequatur, et in altero saepe δὲ, cui non μὲν in priore quodam membro respondeat. Ita dicit V, 57: οἶμαι μὲν γὰρ οὐδένα, ἀλλὰ δεῖ μεγάλην τὴν ἔχθραν ὑπάρχειν τῷ τοῦτο μέλλοντι ποιήσειν, καὶ τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν φανερὰν εἶναι ἐπιβουλευομένην. ἐμοὶ δὲ κἀκείνῳ οὐκ ἦν ἔχθρα οὐδεμία; hoc loco μὲν non habet δὲ, quod ei respondeat; nam quod sequitur ἐμοὶ δὲ κτλ. non oppositum est verbis οἶμαι γὰρ κτλ., sed pertinet ad verba δεῖ μεγάλην τὴν ἔχθραν. Idem cadit in locos I, 25. IV γ 2. Neque minus inaequalitas ille et asperitas cernitur in iis enuntiatis, in quibus πρῶτον μὲν in initio enuntiati positum est non sequente in altero membro ἔπειτα δὲ: V, 8. 9. 21. VI, 12. 15. 41. aut καὶ in priore enuntiato, sequente τοῦτο δὲ in altero V, 13, aut οὔτε cui respondet τοῦτο δὲ V, 68, aut οὔτε sequente τοῦτο δ' αὖ: V, 76, aut οὔτε, quod sequitur δὲ V, 95. Cf. V, 31. 51. Ex altera parte saepe δὲ ponit vel ἔπειτα δὲ particula μὲν vel πρῶτον μὲν verbis non antecedentibus V, 16. 51. 54. 62. 68. 92. In primis respiciendus est locus, qui exstat IV γ 5: καὶ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἐπετρέπομεν ὑπ' ἀθεραπείας ἂν ἔφη διαφθαρῆναι αὐτόν. εἰ δέ τοι καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ἀπέθανεν, ὁ μὲν ἰατρὸς οὐ φονεὺς αὐτοῦ ἐστιν. Initium enim hujus enuntiati ita comparatum est, ut duo membra per καὶ . . καὶ conjungere voluisse videatur scriptor, mutata autem structura enuntiati alterum membrum, in quo δὲ positum est, majore vi effertur, quum in eo caput rei positum sit. Alia ejusdem generis exempla habes: I, 25. II α 7. β 5. IV α 1. VI, 6. 13. Ad locum VI, 14 ubi μὲν particulae καὶ respondet, conferenda sunt Thucydidis verba II, 78, 1. Sunt autem haec enuntiata quodammodo in anacoluthiarum numero habenda.

Illa autem enuntiatorum compositio, quae maxima apud Thucydidem cernitur et quae ita comparata est, ut aut primaria sententia in initio enuntiati prodeat, ceterae autem partes, quibus ea explicatur, sequantur, aut omnibus eis, quibus primaria sententia nititur, praemissis ipsa in fine ponatur, apud Antiphontem quoque observatur, quamquam is non tam crebro quam Thucydides eam adhibuit. Descendentis igitur periodi exemplum habemus VI, 4: *τοσαύτην γὰρ ἀνάγκην ὁ νόμος ἔχει, ὥστε καὶ ἄν τις κτείνῃ τινὰ ὧν αὐτὸς κρατεῖ καὶ μὴ ἔστιν ὁ τιμωρήσων, τὸ νομιζόμενον καὶ θεῖον δεδιὼς ἁγνεύει τε ἑαυτὸν καὶ ἀφέξεται ὧν εἴρηται ἐν τῷ νόμῳ, ἐλπίζων οὕτως ἂν ἄπιστα πράξειν.* Primaria igitur sententia in initio enuntiati posita est: *τοσαύτην . . ἔχει,* et deducantur ex ea omnia quae rerum natura sequuntur. Idem habemus III β 9: *ἀπολύει δὲ καὶ ὁ νόμος ἡμᾶς κτλ.* usque ad verba *μήτε ἑκὼν ἀποκτεῖναι.* Descendentis autem periodi formam minus in numerum periodorum, quae proprio sensu dicuntur, referri posse, quum potius annectentis compositionis speciem praebeat, facile patet. Nam pleraque hujus generis enuntiata ita formata sunt, ut *γάρ* particula nova etiam membra, quae ad primariam sententiam explicandam et intelligendam valeant, annectantur, id quod Thucydidem et ipsum fecisse statim videbimus. Cujus rei exempla ex Antiphontis orationibus desumta in medium proferamus haecce: II γ 7: *Ἀξιῶν δὲ διὰ τὸ φανερὰν εἶναι τὴν ὑποψίαν αὐτῷ μὴ καταδοκεῖσθαι ὑφ᾽ ὑμῶν, οὐκ ὀρθῶς ἀξιοῖ. οὐ γὰρ τοῦτον ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ὄντα ἱκανὴ ἦν ἡ ὑποψία ἀποτρέψαι τῆς ἐπιθέσεως. Οὐδεὶς γὰρ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ· πᾶς γὰρ ἄν τις τῶν ἧσσον κινδυνευόντων, τὴν ὑποψίαν μᾶλλον τοῦ κινδύνου φοβούμενος, ἧσσον ἢ οὗτος ἐπέθετο αὐτῷ.* — Cf. quoque loc. I, 28. II β 3. II γ 5. III β 3—4. III γ 1—2. V, 26. 49. VI, 20—21. In ejusmodi autem enuntiatis Antiphontem artificiositate quadam singula membra composuisse apparet ex loco II α 10, ubi legitur: *ἀσύμφορον δ᾽ ὑμῖν ἐστι τόνδε τὸν μιαρὸν καὶ ἄναγνον ὄντα | εἰς τὰ τεμένη τῶν θεῶν εἰσιόντα | μιαίνειν τὴν ἁγνείαν αὐτῶν | ἐπί τε τὰς αὐτὰς τραπέζας ἰόντα | συγκαταπιμπλάναι τοὺς αἰτίους,* ubi verba *εἰς τὰ τεμένη . . εἰσιόντα* respondent

verbis *ἐπί τε τὰς τραπ. ἰόντα*, et *μιαίνειν* .. *αὐτῶν* verbis *συγκαταπιμπλάναι* .. *αἰτίους*, ita ut singula membra eundem fere habeant exitum et eodem ordine redeant, singula autem verba in membris, quae sibi respondent, paribus locis collocata sint; atque voces *εἰσιόντα* et *ἰόντα* homoeoteleuton efficiunt. Cf. V, 2: *οὐ δίκαιον* | *ἔργῳ ἁμαρτόντα διὰ ῥήματα σωθῆναι* | *οὐδ᾽ ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι*. Illud autem descendentis periodi exemplum, quod nobis praebetur VI, 28: *ἐπίσταμαι δὲ καὶ τόδε, ὦ ἄνδρες, ὅτι εἰ μὲν τούτοις ἐμοῦ κατεμαρτύρουν οἱ μάρτυρες οἱ παραγενόμενοι, αὐτοῖς ἂν τούτοις ἰσχυροτάτοις ἐχρῶντο* | *καὶ πίστιν ταύτην σαφεστάτην ἀπέφαινον, τοὺς μάρτυρας τοὺς καταμαρτυροῦντας* testimonio est, Antiphontem etiam in hac componendi ratione cum rhetorica vi et gravitate loqui scivisse. Quamquam haec verborum collocatio minus usitata videtur in ejus orationibus. Cf. etiam I, 5: *ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι πολὺ ἀνοσιώτερον εἶναι ἀφεῖναι τοῦ τεθνεῶτος τὴν τιμωρίαν* | *ἄλλως τε καὶ τοῦ μὲν ἐκ προβουλῆς ἀκουσίως ἀποθανόντος* | *τῆς δὲ ἑκουσίως ἐκ προνοίας ἀποκτεινάσης*; antecedit igitur primaria sententia et sequuntur duo enuntiata participialia, ut ita dicam, in quibus et chiasmus et anaphora adhibita sunt.

Aptissimum autem ascendentis periodi exemplum Antiphonteum O. Muellerus nobiscum communicavit locum II α 6, quem liceat referre: *ἐκ παλαιοῦ γὰρ ἐχθρὸς ὢν αὐτοῦ* | *πολλὰς μὲν καὶ μεγάλας γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷλεν* | *ἔτι δὲ μείζους καὶ πλείους διωχθεὶς οὐδεπώποτ᾽ ἀποφυγὼν ἱκανὸν μέρος τῶν ὄντων ἀποβέβληκε* | *τὰ δὲ ἔγχιστα ἱερῶν κλοπῆς δυοῖν ταλάντοιν γεγραμμένος ὑπ᾽ αὐτοῦ* | *συνειδὼς μὲν αὑτῷ τὸ ἀδίκημα, ἔμπειρος δ᾽ ὢν τῆς τούτου δυνάμεως, μνησικακῶν δὲ τῶν ἔμπροσθεν* | *εἰκότως μὲν ἐπεβούλευσεν* | *εἰκότως δὲ ἀμυνόμενος τὴν ἔχθραν ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα*. Summa enim res verbis *εἰκότως μὲν* usque ad v. *ἀπέκτεινε τ. ἄνδ.* inest, eis autem quae antecedunt sententiis et explicatur et praeparatur, ita ut quasi e radice usque ad summum montis jugum ascendamus. Cujus compositionis exempla non ita multa apud Antiphontem reperiri, concedendum nobis est, id quod et ipsum cum ea re cohaeret, ut jam saepius commemoravimus, quod Antiphon sententiarum coacervationes fugere et evitare studet,

quippe quae plerumque obscuritates secum ferant. Sed ii loci, in quibus eum sententiis sententias addere observamus, neque ejus ambitus neque ejusdem asperitatis obscuritatisque sunt, qua Thucydideas periodos excellere scimus. Velut omni obscuritate caret, quod dictum est II β 12: *ἐμὲ δὲ ἐκ τῶν προειργασμένων γνώσεσθε οὔτε ἐπιβουλεύοντα οὔτε τῶν προσηκόντων ὀρεγόμενον, ἀλλὰ τὰ ἐναντία τούτων πολλὰς μὲν καὶ μεγάλας εἰςφορὰς εἰςφέροντα, πολλὰ δὲ τριηραρχοῦντα, λαμπρῶς δὲ χορηγοῦντα, πολλοῖς δὲ ἐρανίζοντα, τήν τε οὐσίαν οὐ δικαζόμενον ἀλλ' ἐργαζόμενον κεκτημένον, φιλοθύτην δὲ καὶ νόμιμον ὄντα, τοσούτου δὲ ὄντος μου μηδὲν ἀνόσιον μηθ' αἰσχρὸν καταγνῶτε.* Pertinent quidem ad hoc genus omnia ea enuntiata, quae ex protasi et apodosi, quae vocantur, consistunt. Testimonio autem haec quae attulimus postrema exempla nobis sunt, Antiphontem jam a simplici prioris aetatis enuntiatorum formandorum arte recessisse et periodici generis studio se dedisse. Quod studium, quum recens etiam esset, ad asperitatem et inaequalitatem componendi saepe duxisse scriptores, nos mirum habere non debet. — Magis etiam hoc apud Thucydidem cerni potest. Jam supra, ubi de varietate orationis sermo erat, grandem et sublimem vidimus Thucydidis artem multo Antiphonteam superare, et hoc quidem jam propter materiam ab utroque tractatam. Atque sicut Thucydides in casuum, participiorum, et absolutorum et relativorum, aliarumque formarum usu illud *πολυειδὲς τῶν σχηματισμῶν* praestitit, ita etiam *τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας* in iis observatur. Thucydides igitur et ipse medium tenet locum inter *τὴν λέξιν εἰρομένην* et *κατεστραμμένην*. Reperiuntur enim in ejus libris enuntiata, in quibus singula membra conjunctionibus, quae dicuntur, sibi annexa sunt, ita quidem ut non prius, quam sententia primaria prorsus evoluta et explicata sit, membra annectendi finem fieri videamus. Exemplum hujus generis afferam ex primi libri capite 25, ubi a § 3 haec leguntur: *Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ τῶν Κερκυραίων, ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. | οὔτε γὰρ διδόντες γέρα . . . περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς . . ναυτικῷ δὲ . . ἐπαιρόμενοι καὶ*

περὶ τὰς ναῦς. | ἢ καὶ μᾶλλον ἐξηρτύοντο . . καὶ ἦσαν οὐκ ἀδύνατοι· | τριήρεις γὰρ ἐπῆρχον . . . Quam periodum quum cum Antiphonteis comparamus, statim videmus, quantopere Thucydides cogitationum copia, quas omnes uni sententiae subjungere studet, insignis exstiterit et quam mediocris prae Thucydidea Antiphontis componendi ars appareat. Talia apud Antiphontem vix quis indagaverit. Simpliciore modo composita est periodus, quam legimus in ejusdem libri capite 18: δεκάτῳ δὲ ἔτει . . ὁ βάρβαρος . . δουλωσόμενος ἦλθεν. καὶ μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμασθέντος οἵ τε Λακεδαιμόνιοι τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο . . προύχοντες, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιόντων τῶν Μήδων διανοηθέντες . . καὶ . . ἐσβάντες ναυτικοὶ ἐγένοντο. κοινῇ τε ἀπωσάμενοι . . . διεκρίθησαν . . . οἵ τε ἀποστάντες . . Ἕλληνες καὶ οἱ ξυμπολεμήσαντες· δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιστα διεφάνη. ἴσχυον γὰρ οἱ μὲν κατὰ γῆν, οἱ δὲ ναυσίν. Magis igitur hoc loco ad Herodoti narrandi rationem appropinquavit, etsi in participiorum frequentatione gravitatem et sublimitatem compositionis videre licet. Conferendi sunt quoque hi loci: I, 61, 3. III, 23, 1. II, 70, 2. Periodicum compositionis genus hic magis eum secutum esse testimonio sunt loci: I, 31, 2. 72, 1. 115, 4 al., in quibus enuntiata particula γὰρ incipientia antecedentibus enuntiatis non adnexa, sed inter ea interposita sunt, velut 31, 2: πυνθανόμενοι δὲ οἱ Κορίνθιοι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν ἐφοβοῦντο καὶ — ἦσαν γὰρ οὐδενὸς Ἑλλήνων ἔνσπονδοι οὐδὲ ἐσεγράψαντο ἑαυτούς . . — ἔδοξεν αὐτοῖς . . ἐλθοῦσι . . γενέσθαι . . εὑρίσκεσθαι. Simile quid apud Antiphontem reperis I, 11.

Altera autem periodorum compositio, quam ascendentem appellare solemus et quae cum descendenti maxime earum partium librorum Thucydideorum, quae narrationem continent, propria est, apud Thucydidem saepissime occurrit et praecipue periodicam compositionem sectatur, quum omnia, quae summae rei antecedunt, membra, cum ea arcte comprehendantur, ita ut unum quasi corpus efficiatur. Afferre liceat locum ex primi libri capite altero, quem omnes viri docti aptissimum hujus periodorum generis exemplum perhibent: τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ᾽ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε

κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν φυτεύοντες, ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων ἄλλος ἀφαιρήσεται, τῆς τε καθ᾽ ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο, καὶ δι᾽ αὐτὸ οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον οὔτε τῇ ἄλλῃ παρσκευῇ. Quantopere Thucydides arte componendi insignis fuerit, et hoc loco iterum perspicitur, si cum eo Antiphonteum ex prima tetralogia desumptum comparamus. Cf. Antiph. II α 6, quem locum supra attulimus. Thucydides enim fere semper in enuntiati membris participio expressis structuram mutavit, participio modo absoluto modo relativo usus, Antiphon contra nullam structurae variationem admisit, ita ut totus locus summa aequalitate compositus videatur; attamen molesti et languidi quid inesse nemo negabit, quum respexerit, et quanto vigore et quanta varietate Thucydides hoc quem attulimus loco usus sit. Quam varietatem et vigorem in Thucydidis virtutum numero ponenda esse omnes consentiunt, quamquam apparet, saepissime re vera obscuritates ex tanta enuntiatorum cogitationumque coacervatione evasisse, id quod jam veteres questi sunt.

Verborum autem apta et quasi rotunda constructio in ea re maxime cernitur, ut singulae partes pari arte formatae sint. Hac enim in re artificiosa et architectonica periodorum compositio posita est, ut et singula enuntiata sibi respondeant et verba paribus locis prodeant. Quod quidem Dionysius Hal. contendit, artificiosam illam compositionem austero dicendi generi proprie non convenire, hoc ei concedere debemus, figuras elocutionis, quibus hic illic et Antiphon et Thucydides utebantur, magis orationi externum afferre ornatum et ab his duobus auctoribus adhibitas esse, quod aequales tali dicendi ornatu delectabantur. Atque ut omnino eorum temporibus sophistarum artes latius differebantur, ita in hac artificiosa compositione vix quis negaverit aliquid inesse, quod sophistarum disciplinam sapiat; id quod jam ex eo facile apparet, quod illae locutionis figurae a Georgia sophista inventae aut certe ab eo primo adhibitae fuisse perhibentur. Neque tamen hoc praetermittendum est, in hac re praecipue Atticum ingenium et acumen praestari,

ut O. Muellerus ostendit, quum dicit: man sieht wohl, dass dieser symmetrische satzbau seinen grund hat in einer eigenthuemlichen bewegung der gedanken, nemlich in der neigung und gewohnheit zu vergleichen und zu unterscheiden, alle dinge so neben einander zu stellen, dass ihr entsprechendes und unterschiedenes auf eine markierte weise hervortreten, kurz in einer eignen verbindung von witz und scharfsinn, die bei jenen alten Attikern in hohem maasse vorhanden war. In primis igitur ea enuntiata exculta sunt, in quibus singula membra, quae quidem sibi respondent, aut conjunguntur aut opponuntur, et praecipue Antiphontis talis componendi ratio propria erat, quum aptissima videretur, qua singulas res magis premeret et sub oculos subjiceret. Jam in nudis et simplicibus enuntiatis illa antithetica forma, ut ita dicam, Antiphon usus est, velut III γ 7: *ὁ φόνος οὖν ἀνήκει εἰς τοὺς θεωμένους ἢ εἰς τοὺς παιδαγωγούς. — οὐ γὰρ ἀφανής, ἀλλὰ καὶ φανερός ὁ θ.* V, 94: *νῦν μὲν γνωρισταὶ γίγνεσθε τῆς δίκης, τότε δὲ δικασταὶ τῶν μαρτύρων.* — Major etiam componendi artificiositas cernitur in ea enuntiatorum conjunctione, quae per *καὶ . . καί*, *μὲν . . δὲ* similibusque particulis fit: I, 26 *ἡ μὲν γὰρ ἑκουσίως καὶ βουλεύσασα τὸν θάνατον ἀπέκτεινε, ὁ δὲ ἀκουσίως καὶ βιαίως ἀπέθανεν;* respondet igitur hoc loco articulus *ὁ* articulo *ἡ*, *ἀκουσίως* adverbio *ἑκουσίως*, *βουλεύσασα* verbo *βιαίως*, *ἀπέθανε* verbo finito *ἀπέκτεινεν*. Similiter formatus est locus V, 1: *νῦν δὲ τοῦ μὲν πεπείραμαι πέρα τοῦ προσήκοντος,* | *τοῦ δὲ ἐνδεής εἰμι μᾶλλον τοῦ συμφέροντος;* adhibita sunt parison et homoeoteleuton. Concinnitate excellit locus III α 10: *ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτερός ἐστι τῶν ἐμῶν πραγμάτων* | *ἐγὼ δὲ πολλῷ νεώτερος τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων,* ubi ad antithesin parison et homoeoteleuton accedit. Cf. III δ 7. V, 5. 23. 46. 47. 60. Ampliorem trimembrem compositionem legimus in loco supra laudato II α 6. — Neque minus in iis enuntiatis, in quibus singula membra inter se subjuncta sunt, haec architectonica formatio observatur, id quod jam in loco II α 10 vidimus; eandem artem admiramur III δ 5: *ὁ δὲ παῖς οὐ ταὐτὰ τοῖς συνθεωμένοις δρῶν* | *ἀλλὰ εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθὼν* ‖ *σαφῶς δηλοῦται παρὰ τὴν αὑτοῦ ἁμαρτίαν περισσοτέροις ἀτυχήμασι τῶν ἀτρεμιζόντων*

περιπεσών; quo loco enuntiata participiis expressa quum eundem ambitum habeant, antithesi et homoeoteleuto accedentibus, aptum concinnitatis symmetriaeque exemplum praebent. Bene etiam formatae sunt periodi, quas reperis III δ 8 et V, 45, quarum alteram afferimus V, 45: *ἔπειτα ἐν τῇ γῇ μὲν ἀποθανόντος | ἐντιθεμένου εἰς τὸ πλοῖον | οὔτε ἐν τῇ γῇ || σημεῖον οὐδὲ αἷμα ἐφάνη || οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ | νύκτωρ μὲν ἀναιρεθέντος | νύκτωρ δὲ ἐντιθεμένου.* Duo igitur enuntiata, quae participium continent, primariam sententiam complectuntur, ita ut in priore chiasmus, in posteriore anaphora observetur. Cf. II α 3. III δ 8. V, 12. 27. VI, 24. — Accuratae autem concinnitatis exemplum est V, 46: *καθ' ὅτι ἂν ὑμεῖς ὀρθῶς γνῶτε | κατὰ τοῦτο σώζομαι || καθ' ὅτι δ' ἂν ψευσθῆτε τἀληθοῦς | κατὰ τοῦτο ἀπόλλυμαι;* sunt enim enuntiata sibi opposita, quae ejusdem ambitus exitusque sunt, et idem membrorum ordo.

Maxima autem pars Antiphonteorum enuntiatorum consistit ex duobus majoris ambitus membris, quae aut pari loco posita sunt, aut quorum alterum alteri subjunctum est; cf. V, 1. IV β 1 al. mult.

Thucydides vero, ut supra jam dictum est, maxime in orationibus, quas operi suo inseruit, architectonica illa componendi symmetria utitur, quae res jam eo sequitur, quod saepe is, quem Thucydides loquentem facit, civitatum aut mores et disciplinas aut instituta et leges aut res gestas et virtutes aut alia inter se comparat; atque in his comparationibus et oppositione notionum et elocutionis figuris vim et gravitatem non minus quam perspicuitatem et subtilitatem eorum, quae orator dicit, maxime augeri, facile intelligitur. Praeter ea, quae jam supra, quum de figuris sermo erat, attulimus, haec exempla respicienda sunt: III, 82, 4: *τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπής, τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπὶ πᾶν ἀργόν,* in quibus verbis quater antithesis, bis homoeoteleuton observatur. Cf. I, 77, 4. Chiasmum habes: III, 38, 4: *τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα | ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων | σκοποῦντες . . . | τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη | . . . λαβόντες | ἀπὸ τῶν καλῶς ἐπιτιμησάντων.* Alia ejusdem generis exempla sunt: I, 70, 4—6. 68, 2. III, 82, 7. V, 9, 9. VII, 49, 3

al. Paronomasiae, quae dicitur, exempla sunt: VI, 76, 2: *ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν Σικελίαν | προφάσει μὲν ᾗ πυνθάνεσθε, διανοίᾳ δὲ ἣν πάντες ὑπονοοῦμεν· | καί μοι δοκοῦσιν | οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι | ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι.* Cf. IV, 61, 8. V., 76, 4. 93, 3. — Exemplum autem amplioris periodi, in qua et ipsa haec antithetica forma compositionis probatur, exstat in libr. III cap. 43, qui locus Thucydideam artem in maxima admiratione esse debere testatur. Cf. III, 43 § 4 sqq. II, 62. Quamquam igitur ex omnibus, quae attulimus, exemplis apparet Antiphontem et Thucydidem et jam magis a prioris aetatis scribendi consuetudine recessisse et periodico generi operam dedisse, tamen negandum non est, illam singularum partium accuratam formationem, qua posterioris aetatis excellebant auctores, apud hos non eadem qua apud illos constantia exscultam fuisse. Nam ex Thucydide multa exempla proferri possunt, in quibus numerosa et apta compositio per interposita enuntiata sit interrupta, apud Antiphontem haec inaequalitas in ea re cernitur, quod apodosis, quum multis locis brevior sit quam protasis, offensioni est. Cf. ad hanc rem probandam Thucy. III, 38, ubi parva membra inter se conjuncta orationis jucunditati obstant; Ant. VI, 17. 27 al. Atque quum illis temporibus ars componendi omnino nova recensque esset, leges, quae in periodis componendis servandae essent, paullatim cognosci in rerum natura erat. Sed de hac re jam satis.

Quum igitur figurarum locutionis satis magnum numerum esse viderimus, sententiae figuras (*τὰ σχήματα τῆς διανοίας*) neque apud Antiphontem neque apud Thucydidem occurrere jam veteres observarunt. Quam rem cum eorum studio gravitatis sublimitatisque cohaerere patet. Summae enim temperationi tranquillitatique antiquiores scriptores studuisse ex eo verisimile est, quod oratores in concionibus summa cum tranquillitate loquebantur, ita ut ne manum quidem porrigere eis liceret. Verum quum sententiae figurae in affectu animique perturbatione positae sint et orationis ingressum inaequalem et inconstantem reddant, scriptores severi generis, quippe qui animi simplicitate et ingenuitate essent, eas prorsus rejecisse nos mirum non habet. Sagaciter O. Muellerus observavit, in

toto Thucydidis opere unam vocem reperiri, quae animi ardorem redoleat: III, 66: *πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε,* cui illa apud Antiphontem exclamatio conferri potest: VI, 40: *ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες.* Magis jam quaestionibus interpositis oratio fervidior efficitur, velut Ant. VI, 34. Thuc. VI, 38, 5. Eodem vero modo, ut hoc etiam breviter tractemus, quo usus illorum *σχημάτων τῆς λέξεως* magis videtur emanasse ex aetatis, qua vixerunt, consuetudine dicendi, quae a sophistis inventa et exercitata hominibus paullatim placebat, alia etiam sophistarum vestigia apud eos indagantur. Pertinet enim huc illa *ἀκριβολογία ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι,* de qua Marcellinus loquitur, et quae a Thucydide saepe usque eo tractata sit, ut artificiositatem distinguendi affectasse videatur. Ita igitur bene distinguit Antiphon et opponit V, 47 *τῶν λόγων κριταὶ — τῶν δὲ ἔργων δικασταί;* cf. Thuc. III, 38, 4: *θεαταὶ μὲν τῶν λόγων, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων.* Ant. V, 94: *γνωρισταὶ, δικασταὶ — δοξασταὶ κριταί.* V, 72. *γνώμη* et *ὀργή.* I, 15. *εὕρημα — ὑπερέτημα.* III γ 1. *ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ.* III γ 3. *ἀνοσίων ἔργων τιμωροὶ, ὁσίων δὲ διαγνώμονες.* V, 91: *ἁμάρτημα — ἀσέβημα* et *ἁμαρτεῖν* et *ἀσεβεῖν.* V, 93: *ὅστις τε ἂν τῇ χειρὶ ἀποκτείνῃ ἀδίκως καὶ ὅστις τῇ ψήφῳ.* VI, 7 *δίωξις* (quae ad actionem ab accusatore institutam atque capita accusationis litteris assignata pertinet) et *κατηγορία* (ad orationem spectat quam is, qui reum accusavit, coram judicibus recitare solet). Cf. III β 5. γ 7. 11. IV γ 3. II β 5. δ 8. IV β 8. V, 6. 8. 51. VI, 10 al — Sophistarum artem quoque redolere videtur id quod Antiphon dicit: V, 5: *τὸ ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημα, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης;* et VI, 31. *τοὺς λόγους ὑμῖν εἰκότως ἀποφαίνω καὶ τοῖς λόγοις τοὺς μάρτυρας ὁμολογοῦντας καὶ τοῖς μάρτυσι τὰ ἔργα.* — Quod ad Thucydidem attinet, Spengelius vir doctissimus magnum numerum locorum attulit (*συναγ. τεχνῶν* p. 54), cx quibus Thucydidem sophisticas artes imitatum esse demonstrat. Quorum etsi non omnia eodem modo judicanda sunt, ita ut hic illic vir doctus nimium contendisse videatur, tamen constat, Thucydidem tales notionum disctinctiones, quales sophistae adhibuerunt, amasse; ita enim distinguit I, 96, 6 inter *αἰτία* et *κατηγορία,* ita ut *αἰτία* sub notione vocis *νουθέτησις* usurpaverit, quamquam *αἰτία* plerumque

sensu hostili frequentatur. Porro distinguit I, 44, 1. inter *ἐπιμαχία* et *συμμαχία* (cf, V, 48, 2.), VIII, 37, 1. inter *ξυνθῆκαι* et *σπονδαί*, VII, 77, 1. inter *ξυμφοραὶ* et *κακοπάθειαι*. Cf. III, 39, 2. I, 77, 4. I, 138, 3 dicit: *εἰκαστὴς τῶν μελλόντων . . τῶν παραχρῆμα κράτιστος γνώμων*. I, 70, 3: *οἱ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ . . παρὰ γνώμην κινδυνευταί*. Cf. I, 70, 4. I, 69, 6. Neque ita raro apud eos sententiae communes, quae vocantur, occurrunt, quae et ipsae huc pertinent. Cf. Ant. V, 71, 73, V, 5 quam locum supra jam attulimus cum aliis. Thucyd. I, 34, 1. 34, 3 al. Ex quibus omnibus apparet, eos disciplina sophistarum usos esse, et quum ea, quae hujus rei vestigia praebent, proprie cum austera illa compositione non congruant, temporibus eos in hac re obsecutos esse nobis existimandum est.

CAPUT IV.

Restat igitur, ut de brevitate, qua hi duo scriptores usi sunt, pauca dicamus. Statim de hac re hoc monendum est, Thucydidem, quum majori constructionum audaciae indulgeret, magis *τὸ τάχος τῆς σημασίας* praestare quam Antiphontem. Sed commune eorum est, quod saepe substantivis loco verborum et plerumque eadem, qua verba occurrunt, structura usi sunt. Jam supra de hoc usu dictum est. Sicut autem his verbalibus substantivis ad breviorem locutionem et eo graviorem efficiendam usi sunt, alia quoque adhibere solent; velut Antiphon dicit II *α* 2: *τὴν ἀσφάλειαν ὧν ἐπιβουλεύουσι σκοποῦντες* pro *σκοποῦντες ὅπως ἃ τινι ἐπιβουλεύουσιν ἀσφαλῆ καὶ ἀκίνδυνα ᾖ*. Cf. II *β* 8. — I, 6 *ὅπως τὸ πραχθὲν ᾖ ἀληθές* breviter dictum est pro: *ὅμως φανερὸν γένηται τὸ τοῦ πραχθέντος ἀληθές*. I, 7 *τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἴληφεν* ex analogia, ut verbo uti liceat, locutionum *βάσανον* vel *ἔλεγχον λαβεῖν* explicandum est. V, 20: *ταῦτα μὲν ὑμῖν λέγω ὡς αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα*, ubi *λέγω* duas notiones complectitur et disputandi et probandi: „haec disputavi, ut probarem non esse causam caedis etc.“ — V, 25: *κρεῖσσον τὸ γεγενημένον ἦν τῆς τούτων αἰτήσεως*, quod proprie significat: *κρεῖσσον ἦν τὴν αἴτησιν . . ὑπὸ τούτων γεγενῆσθαι*. — Oppositio no-

tionum et brevitas dicendi coniunctae sunt hoc loco I, 12: *εἰ γὰρ τούτων θελόντων ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδεξάμην*, in quibus verbis opponitur *ἐγὼ* pronomini *τούτων*, id quod particula *δὲ* exprimitur, ita tamen ut *ἐγὼ* et ipsum ad verbum finitum spectet. Blassius *δὲ* putavit eiiciendum esse, sed et hoc loco et II *β* 4, ubi simile quid legitur, codicum autoritate firmatur. Breviter autem et cum gravitate quadam et vi dictum est: II *γ* 8: *οὐ τοὺς εἰκότως ἀλλὰ τοὺς ἀποκτείναντας φονέας εἶναι;* exspectamus igitur, ut concinnitatis causa post alterum *τοὺς* adverbium *ὄντως* positum sit, quod *εἰκότως* adverbio respondeat, sicut habes II *β* 10: *οὐκ εἰκότως ἀλλ' ὄντως ἀπέκτεινεν.* — II *δ* 2: *ἀπορία τοῦ ἀποκτείναντος* breviter dictum est pro *ἀπορία τοῦ τὸν ἀκοκτείναντα εὑρίσκειν.* IV *α* 7: *τὴν βουλεύσασαν ψυχὴν ἀνταφελέσθαι αὐτὸν* id est: animam invicem eripere eam, quae meditato facinore alteri animam eripuisset. — V, 3: *ἄπιστοι γενόμενοι τοῖς ἀληθέσιν* i. e. quamvis vera dicerent, fidem non invenerunt. = In universum autem dicendum est, Antiphontem minus audaci dicendi ratione gaudere, quam Thucydidem, quum in tractandis causis magis longe et verbose quam breviter ei loquendum fuerit. Apud Thucididem vero illud *τάχος τῆς σημασίας* et in usu substantivorum a verbis deductorum et in aliis structuris cernitur, in quibus interdum brevitas et obscuritas dicendi coniunctae sunt. Cf. III, 16, 1: *διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν* id e., weil sie ihnen schwäche zuschrieben. VIII, 8, 4. De substantivorum cum negativa particula coniunctione non adposito participio aut articulo iam supra mentio facta est. Saepe autem ex conexu orationis verbum aliquod mente addendam est, velut I, 90, 2. *ἠξίουν τε αὐτοὺς μὴ τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον, ὅσοις ξυνειστήκει* intel. *τὰ τείχη*, quod ex verbo *τειχίζειν* addendum est, cf. I, 91, 1. V, 47, 6. Aliud verbi genus addendum est II, 11, 8: *τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν* int. *δῃουμένην*. Saepe duae sententiae in unum enuntiatum confunduntur: II, 51, 2: *ἕν τε οὐδὲ ἓν κατέστη ἴαμα, ὅ τι χρῆν προςφέροντα ὠφελεῖν*, ubi *χρῆν* magis ad *προςφέροντα* quam ad *ὠφελεῖν* spectat. Idem cadit in III, 59, 2: *ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης, ᾗ τὰ λαμπρότατα μετ' αὐτῶν πράξαντες νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα*

κινδυνεύομεν παθεῖν, quod dictum est pro: *ἢ ἐπράξαμεν, ὅμως δὲ νῦν κινδρυεύομεν.* — Particula *γὰρ* et apud hos duos scriptores et apud alios saepe enuntiatum conditionale, quod dicitur, exprimi, quod quidem mente addendum est, vix commcmoratu opus est. Cf. Ant. V, 25. Thuc. I, 68, 4. — Et, *ὅμως* pro concessivo enuntiato usurpatum est Thuc. III, 80, 1, al. Sed haec hactenus.

Quodsi ut ad finem perveniamus, omnia ea, quae dicta sunt, paucis contrahimus, videmus, Antiphontem et Thucydidem in adhibendis verbis et magna cum libertate et subtilitate agere, ita ut non solum ea, quae hac qua vixerunt aetate in usu fuerint, sed etiam obsoleta jam vocabula et eorum quidem sub sua quidque notione adhibuerint; accedit magna verborum copia, quam augere etiam studebant et novis formationibus ab ipsis factis et certis atque definitis eorum, quae lingua praebebat, verborum formis. Qua cum re cohaeret major libertas constructionum, qua usi id, quod sibi voluerint, acrius et gravius exprimere potuerunt, quam posterioris temporis auctores, quibus eadem libertate uti non licebat. Atque in compositione ut magna structurarum varietate ita multifariis periodorum formationibus gaudent, ita tamen ut neque gravitas sublimitasque neque vigor alacritasque sermonis negligatur. Sed jam satis.
